This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.


+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

A 493274



Library of the University of Michigan
Bought with the income
of the
Ford-Messer
Bequest



AS
182
961

MONUMENTORUM BOICORUM
COLLECTIO NOVA.

EDIDIT
ACADEMIA SCIENTIARUM BOICA.

VOLUMEN VIII. PARS I.

MONACHII,
TYPIS Dr. FRANCISCI WILD.
MDCCCXLVII.

MONUMENTA BOICA.

VOLUMEN TRIGESIMUM QUINTUM.

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM BOICA.

MONACHII,
SUMTIBUS ACADEMICIS.
MDCCCXLVII.

In tanta documentorum copia eligere et usui historiae studiosorum exhibere, quae maioris momenti sunt, satis difficile est; nec tamen dubitamus, quin plerique propositum edendi monumenta episcopatus Augustani, quod in voluminibus XXXIII—XXXV huius operis prosecuti sumus, probaverint. Ceterum cum desint codices traditionum, quales e. g. historiam Frisingensis et Pataviensis ecclesiarum illustrant, aliaque aevi antiquioris documenta temporum iniquitate interciderint, commodum putavimus, ex collectione exemplorum ab historiographo episcopatus Augustani cel. viro H. Braun instituta et apud ecclesiam majorem Augustae deposita, autographis deficientibus, plura asciscere. Ex saeculis vero XIV et XV tanta superest documentorum copia, ut necesse fuerit, ea quae minoris aestimanda essent, aut omittere aut non nisi summatim tradere, ne fines propositos excederemus. Subdubitantibus nobis, an recipiendus esset liber oblationum, saeculo XIV inceptus et ad saeculum XVIII usque continuatus, quem sciebamus erroribus non paucis, iisque gravibus laborari, nec eum penitus abjicere visum est, nec integrum describere, sed exemtis quae nullius momenti erant, edere. Dat. Monachii ex aedibus academiae litterariae regiae XV kal. Martii.

145800

NECROLOGIUM AUGUSTANUM.

Januarius.

Circumcisio. Memoria Syfridi episcopi fratribus dabitur in principio cuiuslibet mensis II maltra tritici et I siliginis XII urne ceruisie LXXV casei vel X oves vel VI porci canonicis et pauperibus I maltrum siliginis et III urne ceruisie.

Luigart obiit que sancte Marie dedit casulam pretiosi operis.

Memoria Ottonis kamerarii qui fuit auus hainrici Kamerarii de cuius bonis datur urna uini.

In circumcisione domini datur una libra denariorum in missa ex ordinatione domini Johannis dicti Kostentzzer.

Dominus chunradus Wilbach socius cori ordinavit quod plenum officium de corpore Christi cantari et celebrari debet in choro mense presenti die una qua ministri altaris id fieri ordinaverint. Vide librum ordinationum Nro. 102 et 108.

Hodie datur urna uini de decano In Gundoluingen.

Waltherus Kemlin obiit qui dedit nobis VI libr. den. Inde dantur hodie X sol. den. in missa pro defunctis.

Memoria Syfridi de Algishusen et datur urna uini et I sol. sic distribuendus uidelicet Sacerdoti VI den. Dyacono et subdyacono IVor Sacerdotibus altaris II den.

Januarius.

IV Nonas. Octava S. Stephani. Anno domini MCCCX. obiit magister Ulricus Nidlinger quondam notarius de Tek qui dedit nobis XX lib. den. augustensium in empcione bonorum In Grabun emptorum a dominis de Haldenberch et inde ordinauit dari I lib. aug. sic distribuendam videlicet X sol. In vigilia de mane presentibus tantum et alios X sol. in missa similiter inter presentes tantum distribuendos Item dedit VI lib. Aug. in empcione bonorum In Otmarshusen de quibus et aliis nouis bonis dantur X sol. in Vigilia majori de sero presentibus et astantibus tantum.

Eberhardus Cadmar.

Marquart Canonicus et dyaconus dictus de Ulma obiit qui dedit nobis domum inter calcifatores qui dicuntur Wizmaler quam emit pro L. marcis argenti. Inde datur urna vini.

Octavam sancti stephani ordinavit dominus Johannes staudach cum campana chori. Vid. libr. ord. Nro. 197.

Item Berchtoldus miles dictus de Schilperch obiit qui dedit nobis XVII lib. aug. et hee date fuerunt in reparacione domus Judeorum, Quicunque uero pro tempore fuerit decanus habebit hodie ex eadem domo de premissa summa den. I. lib. aug. et nos urnam vini.

III Nonas. Octava S. Johannis. Octava sancti Johannis celebretur solempniter. Vide lib. ord. Nro. 10.

Anno dom. MCCCLXXXI In octaua sancti Johannis ew. obiit dom. Marquardus patriarcha sedis ecclesie Aquileiensis. Vide lib. ord. Nro. 96.

Ulricus subdyaconus obiit qui dedit h. in hobhgarten et hec spectat ad officium caseorum.

Dominus Berchtoldus Decanus in Gundoluingen obiit. Vide lib. ord. Nro. 2.

II. Nonas. Octaua Innocentium. Hermanus scolasticus obiit qui ecclesie dedit libros quam plurimos.

Richardis obiit que dedit nobis VIII lib. in bonis nostris in Grabun emptis a dominis de Haldenberg. inde datur hodie

Januarius.

I libr. uidelicet XVI sol. presentibus. Decano I sol. Custodi I sol. Sacerdotibus altaris I sol. I sol. pro missis comparandis sacerdotibus in ecclesia celebrantibus.

Adelhaidis dicta Brandamin obiit que dedit nobis XVIII lib. den. qui de prebenda sua post obitum ipsius recepti fuerunt inde dantur hodie de nouis bonis vel de bursa XXVIII sol. den. presentibus in missa I sol. pro comparacione missarum I sol. ministris.

Anno dom. MCCCLXXXVI proxima feria quarta ante festum Epiphanie domini obiit dominus petrus dictus Molitor socius chori et Capellanus dicte Daechsin. Cujus executores dederunt nobis et capitulo nostro XII lib. den. monete usualis. Inde dantur hodie X sol. den. in missa pro defunctis presentibus tantum.

Nonas. Vigilia. Anno dom. MCCCCXXXVIII quinta die mensis Januarii obiit dom. Burkardus de Fryberg canonicus huius ecclesie. Vid. libr. ord. Nro. 173.

Gunther obiit qui dedit ecclesiam in Zallingen cum decimis et dimidiam hubam hec spectant ad officium Scolarum et inde datur maltrum tritici.

Domicella Mechthilt Langenmentlin obiit que dedit nobis VI lib. den. Inde dantur nobis hodie X sol. den. in missa pro defunctis presentibus tantum.

Hic celebratur anniversarium hainrici patris dom. hainrici bursnarii et dantur XII sol. den. in missa pro defunctis presentibus tantum de bonis in Erringen. Item his adduntur IX sol. den. de curia in Kissingen ut infra patet in suis ordinationibus de hiis datur I sol. pro comparacione missarum in ecclesia.

VIII Idus. Epiphania. In Epyphania dom. datur una lib. den. in publica missa ex ordinatione dom. Johannis de Kostentzer.

Sciendum est quod dominus Ulricus de Aichain Canonicus procuravit seu ordinauit cum consensu Capituli ut qui-

Januarius.

cunque pro tempore curiam tenuerit quàm exnunc domino Fridrico de Snait canonico vendidit solvere tenuerit choro annis singulis I lib. den. pro anniversario suo celebrando que lib. presentibus dominis et Vicariis tantummodo dividatur.

Cunradus faber de Memmingen civis augustensis obiit qui dedit nobis VI lib. den. aug. inde dantur X sol. in missa pro defunctis de novis bonis vel de bursa.

Ulricus Boksperger Junior obiit de quo dantur X sol. den. in missa pro defunctis tantum de novis bonis vel de bursa astantibus in choro. Vide lib. ord. Nro. 3.

VII Idus. Magister Hermannus de Strubinga Canonicus hujus ecclesie obiit qui dedit nobis XXI lib. den. de quibus dantur de sero in maiori Vigilia XV sol. et in missa pro pro defunctis XV sol. de novis bonis uel de bursa.

Hainricus maior prepositus obiit qui dedit curiam in ciuitate. Inde datur urna uini. Item I maltrum tritici Monachi de Kaishaim.

Diemut obiit que dedit ortum. inde dantur VIII sol.

VI Idus. Erhardi conf. Berchtoldus laicus prepositus noster dedit nobis dimidiam hubam In Wollamshusen soluentem annuatim lib. den. aug. et metretum olei sacerdotibus pro labore suo cedit.

Syfridus senior dapifer obiit qui dedit nobis curiam in Waltrichshouen. Inde datur urna uini.

Huprecht laicus qui dedit nobis agros sitos In Swaiolstige et pratum in campo Lici de quibus datur dimidia libra sepi maioris ponderis ad luminaria. dedit eciam VI personas permiscui sexus scilicet mares et feminas.

Dominus chunradus de Grayspach canonicus huius ecclesie dedit XXX lib. den. ut festum sancti Erhardi cum campana chori et pleno officio celebretur. inde datur In matutinis I lib. den. et in missa totidem presentibus tantum. Saluo tamen quod

Januarius.

dominica qua legitur evangelium. Cum esset Ihesus annorum XII teneat locum suum. Vid. lib. ord. Nro. 95.

V Idus. Anno domini MCCCC vicesimo quinto proxima feria tercia post festum Epiphanie obiit anna uxor pauli dicti Lang filia Etysabeth dicte Schrenkin dedit nobis et Capitulo nostro VI lib. den. Aug. ut in anniuersario ejus singulis annis de sero visitetur eius sepulcrum cum placebo et de mane celebretur cum missa defunctorum.

Notandum quod in Crastino sancti Erhardi celebratur anniversarium patris dom. C. dicti Wilbach vid. lib. ord. Nro. 101 und 107. Item sacerdotibus altaris dantur hodie in predicto anniversario duo sol. den. Vid. lib. ord. Nro. 102 et 108.

IV Idus. Anno dom. MCCCCXXII proxima dominica post Epyphaniam obiit Anshelmus de Nenningen quidam Custos huius Ecclesie postea factus et Electus est confirmatus Episcopus Ecclesie augustensis. Vid. lib. ord. Nro. 134.

Sciendum quod paulus dictus Lang filiaster Elysabeth dicte schrenkin dedit nobis et Capitulo nostro VI. lib. den. augustensium propter quod tempore vite sue celebretur eius anniuersarium singulis annis proxima die post anniuersarium Anne uxoris sue scilicet filie dicte schrenkin sub tali forma quod de sero visitetur eius sepulcrum cum placebo et de mane cum missa defunctorum Et post mortem eius transferatur supra dictum anniuersarium ad diem obitus sui.

Hainricus Cocus dictus kuise obiit qui dedit nobis ad edificium ecclesie perferratum plaustrum cum uno equo.

III Idus. Hic in maiori Vigilia Legatur sermo frequenter Et in anniuersariis omnium episcoporum In anniuersariis Canonicorum et sociorum et aliorum clericorum legatur sermo Quando celebramus In anniuersariis Laicorum legatur sermo. audistis. et in omnibus memoriis legatur sermo. Ne des alienis honorem tuum.

Januarius.

Anno dom. MCCCCLXXI Obiit venerabilis vir dominus Albertus de Rechberg canonicus huius ecclesie. Vid. lib. ord. Nro. 232.

Burchart dyaconus obiit qui dedit predium in Usterspach Inde dantur II maltra tritici.

Ulricus custos huius ecclesie obiit qui dedit nobis annum mortis prebende sue. Item dedit nobis XIV lib. den. in edificatione domus lapidee ante sanctum leonhardum. Dedit eciam nobis agros suos in campo qui dicitur Burchuelt qui venditi fuerunt pro LX. libr. Inde datur hodie una lib. den. presentibus tantum canonicis et uicariis Procurator domorum.

II Idus. Dominus Cunradus de Randegg Custos huius ecclesie obiit. Vide lib. ord. Nro. 4. Cunradus dyaconus obiit qui dedit predium In Gisenhusen. Item dedit pratum in Kissingen et hec spectant ad officium oblaici.

Idus. Octava Epiphanie. Dominus Wolfhardus de Rot episcopus Ecclesie augustensis obiit. Vid. lib. ord. Nro. 5.

Cunradus sagittarius vicarius et sacerdos sancti antonini obiit qui dedit nobis XIV lib. den. nouorum inde datur de prebendis absencium uel de bursa I lib. den. sic distribuenda uidelicet XVII sol. den. tantum presentibus in missa pro defunctis Ministris I sol. ad comparandum missas in monasterio unum sol. Sacerdotibus altaris I sol.

Hic celebratur anniuersarium domini Friderici de Austria qui dedit nobis LXX lib. den. de quibus dantur in Majori uigilia in sero XXXVI sol. den. de mane in Vigilia minori XVI sol. et in missa pro defunctis XXXVI sol. den. presentibus tantum Item ut habeatur sui memoria cum missa perpetua In interiori Crippa. dedit vicario eiusdem altaris LVI libr. den.

XIX kal. Februarii. Felicis presbiteri. Dominus Eglolfus de Knöringen obiit. Vide lib. ord. Nro. 125.

Hic celebratur anniuersarium domini hainrici de Nidlingen Militis patris domini Craftonis quondam prepositi huius ecclesie. Vid. lib. Ord. Nro. 27.

Januarius.

Arnolt obiit qui dedit hubam I in husen inde datur I malterum tritici et urna uini.

Luipolt senior Schroter obiit. Require diem Basilidis.

XVIII kal. Mauri abbatis. Berchtoldus vicarius et canonicus In Haeubach dictus Bentzlin obiit qui dedit nobis VI lib. den. inde dantur X sol. den. in missa pro defunctis presentibus tantum.

Memoria Wolfhardi de Rot et datur urna uini.

Gebeno obiit qui dedit dimidiam hubam in Eppisburch et hec spectat ad preposituram.

Hic celebratur anniuersarium domini hainrici dicti aittinger. Vide lib. ord. Nro. 102.

XVII kal. Marcelli papae.

XVI kal. Anthonii confessoris. Item eodem die Speosippi Meleosippi et Eleosippi martyrum. Marquard sacerdos cognominatus cum mitra obiit qui dedit XVII. lib. hallensium in edificacione domus calciatorum apud iudeos. inde dantur VIII sol. ad lampades que ardent ante altare Marie virginis. Et II sol. uicariis de choro aug.

Cuno presbiter obiit qui dedit decimacionem in husen de hiis decimis et II hubis dantur VII maltera tritici ad prebendam.

Sciendum est quod anno domini Millesimo MCCCLXXXI Dominus Cunradus de Liehtenegg Canonicus et plebanus ecclesie august. ordinauit quod festum sancti Anthonii confessoris cum pleno officio videlicet hystoria noua ymno Alleluia una cum sequencia noua et cum pulsacione sicut in festis apostolorum sollempniter in ecclesia augustensi celebrari. In cuius festo procurauit distribui Canonicis et vicariis presentibus prout moris est et actualiter in officio diuino constitutum tres lib. den. et duos sol. den. de bursa uel de nouis bonis Pro quibus dedit Capitulo ecclesie supradicte in bona numerata et parata pecunia Nonaginta lib. den. pro qua perpetuo annuatim Capitulum prelibatum

Januarius.

sollempniter et firmiter donare promisit tres lib. et duos sol. den. In festo sancti Anthonii perpetuo singulis annis in ecclesia memorata celebratur hoc modo distribuendi In matutinis XXVIII. sol. den. Et in missa publica totidem. Cantoribus unum sol. Ministris duo sol. Decano I sol. Custodi I sol. sacerdotibus altaris IV den. Scolaribus cantantibus Gratias et Alleluia IV den. Edituis IV Hec omnia ordinata fieri debent de bursa uel de nouis bonis prout notatur supra.

Insuper sciendum quod prefatus dominus plebanus emit a magistris Zeche et a Zecha et de omnibus bonis eiusdem Zeche dimidium florenum rinensem pro XI florenis rinensibus pro quo debent ordinare annuatim quod candele omnes in cancellis existentes et precipuis festiuitatibus ardentes. In festo sancti anthonii confessoris in primis vesperis in Matutinis in Missa et in secundis Vesperis ardeant iuxta consuetudinem sicut fit in summis festiuitatibus Et ut omnia predicta firma et rata perpetuis maneant temporibus plebanus predictus habet litteram unam a magistris zeche secundum tenorem ordinationis predicte sigillo eiusdem zeche munitam in robur et euidentiam premissorum repositam et reseratam apud alias litteras capituli ecclesie augustensis.

Hainricus Zolrer obiit qui dedit nobis VI lib. den. inde dantur X sol. den. presentibus in missa pro defunctis.

Christoferus de Knöringen scolasticus. Vid. lib. ord. Nro. 294.

XV kal. Prisce virginis. Adelhaidis uxor dom. de Wilhaim obiit que dedit nobis X lib. den. monacensium in empcione bonorum nostrorum in Aittingen a iuniore hainrico de Auspurg emptorum Inde dantur hodie XII sol. den. aug. presentibus tantum in missa pro defunctis.

XIV kal. In crastino sancte Prisce uirginis celebratur anniuersarium Mechtildis dicte Witlingerin. Vid. lib. ord. Nro. 113.

Januarius.

Hainricus Burggrauius dictus Schalhas dedit nobis XII lib. den. aug. Quod anniuersarium Ulrici fratris sui cum maioribus uigiliis in sero in quibus X sol. den. et in missa pro defunctis totidem presentibus dentur perpetuo cęlebretur.

Hiltrut obiit que dedit hubam I in Mulhusen. de hac et de quibusdam aliis dantur quinquaginta maltera tritici ad prebendam et hec spectant ad officium Hiltoluingen.

Eigeluuart obiit qui dedit V hubas et molendinum in Ichenhouen inde datur modium tritici ad prebendam.

XIIII kal. Fabiani et Sebastiani. Johannes Wälsch senior Vicarius chori disposuit ac ordinauit ut in die sanctorum martyrum Fabiani et Sebastiani. In matutinis distribuuntur pro presenciis XVII sol. den. aug. quorum domino decano duplum Et ut pulsus fiat dominicaliter et cum solitis suffragiis Item in publica missa sanctorum predictorum distribuuntur XVII sol. den. quorum duplum pro domino decano ut supra.

In primis et secundis uesperis sancti sebastiani et fabiani distribuantur presencie ex ordinacione leonhardi gessel decani. Vid. lib. ord. Nro. 222.

In primus vesperis sanctorum fabiani et sebastiani martyrum habetur processio ad capellam sancte Katherine distribuatur una presencia. Vid. lib. ord. Nro. 181.

Dominus Anshelmus de stauffen Canonicus huius ecclesię dedit nobis XX lib. den. de quibus dantur de sero in maiori vigilia XV sol. den. de mane in missa pro defunctis XV sol. de nouis bonis uel de bursa. Item postea dedit VI lib. den. inde dantur in minore vigilia X sol. presentibus tantum.

Winhardus de rorbach obiit et Adelhaidis relicta eius dedit nobis quedam bona in Iglingen. inde dantur hodie XXX sol. den. aug. tantum presentibus in missa pro defunctis. Wilhelmus Püscher Canonicus Vid. lib. ord. Nro. 264—266. 287. 288.

Januarius.

XII kal. Agnetis virginis et martyris. Dominus Ulricus prepositus dictus Schalhas ordinauit festum sancte agnetis celebrare sollempniter. Vid. lib. ord. Nro. 6. Et in mattutinis una presencia. Vid. in ordinatione diepoldi türalins lib. ord. Nro. 247.

XI kal. Vincencii martyris. Anno dom. MCCCCLXXI obiit reuerendus pater dominus Judocus episcopus adrimitanus. Vid. lib. ord. Nro. 238.

Dominus Gebolfus socius chori obiit qui dedit nobis XX lib. den. pro quibus absoluti fuimus a redditibus IV librarum quas omni anno soluere debuimus Ulrico dicto Vinko. Inde dantur II lib. den. uidelicet hodie urna vini. Item urna uini in natiuitate domini. Tercia urna uini in die Pasche. Quarta urna uini In vigilia beati Jacobi apostoli de processione ad Capellam sancti Vdalrici. Item V sol. den. sociis in die X milium martyrum et III sol. den. Decano qui pro tempore fuerit ut diligenter ista procuret.

Liupoldus notisen sacerdos altaris obiit qui dedit nobis X lib. den. inde dantur hodie de prebendis absencium uel de bursa XV sol. den. aug. tantum presentibus in missa pro defunctis.

X kal. Emerenciane virginis. Magister albertus medicus obiit qui dedit Canonicis vrnam vini et in anniuersario eius missa pro defunctis in choro celebretur.

Agnes uxor Ludwici Saxonis filia Werenheri auicule dedit VI lib. den. de quibus dantur X sol. den. in missa pro defunctis presentibus tantum.

Kunigundis uxor h. Swenningerii obiit qui swenningerius dedit nobis VI lib. den. ut hodie in anniuersario singulis annis de nostris nouis bonis dentur X sol. den. presentibus tantum in missa pro defunctis.

IX kal. Timothei apostoli. Nota quod dominus ulricus Burggrauii quondam decanus ecclesie aug. dedit nobis et

Januarius.

capitulo nostro triginta libras den. augustensium et magnarum libr. pro quibus promittimus pro nobis et successoribus nostris celebrare festum sancti thimothei apostoli perpetuis temporibus cum pleno officio et distribuere presencias in primis vesperis in matutinis et in missa publica more solito.

Item ordinauit quod detur unus solidus decano qui pro tempore fuerit ut ista diligenter procuret. Item custodi I sol. Ministris II sol. sacerdotibus altaris I sol.

Hartwich Episcopus obiit qui dedit nobis predium in obernhouen. inde dantur IV carrade vini.

Sifridus decanus dictus Kestlin obiit qui dedit nobis X lib. in edificacione domus lapidee ante sanctum Leonhardum inde datur vrna vini. Vid. lib. ord. Nro. 7.

VIII kal. Conuersio sancti Pauli. Dominus Hermanus Cammerius de Wellenburg Canonicus huius ecclesie obiit qui dedit nobis Curiam suam in ybach soluentem annuatim III modios siliginis III modios auene anseres pullos et VI sol. den. De hiis redditibus dantur oblaico VIII sol. den. et residui redditus distribuantur in anniuersario suo de sero in maioribus uigiliis et in mane in minoribus uigilis et in missa pro defunctis.

Anno dom. MCCCC primo In conuersione sancti pauli apostoli obiit. Cunradus Ilsung cum sancto Johanne Cuius filius Sebastianus dedit nobis et Capitulo nostro XI lib. augustenses. Inde dantur X sol. den. in missa pro defunctis presentibus tantum.

Otto de Insprugge obiit de quo dantur hodie presentibus in missa pro defunctis XVIII sol. de dimidia curia in Erringen. Custos qui pro tempore fuerit dabit hoc oblaium in omne evum. Et quandocunque datum non fuerit hoc oblaium eadem die ad manus Capituli deuoluetur.

Rugerus Zeller socius chori obiit. Vid. lib. ord. Nro. 8.

Conuersio sancti Pauli sollempniter celebratur. Vid. lib. ord. Nro. 19.

Januarius.

VII kal. Policarpi episcopi et martyris. Magister Ulricus rector puerorum obiit qui dedit nobis VI lib. den. de quibus dantur X sol. den. in missa pro defunctis presentibus tantum.

Dominus Hainricus de Beringen Canonicus huius ecclesie obiit. Vid. lib. ord. Nro. 9.

Norpertus curiensis episcopus obiit qui dedit hubam I In Urfrehteshusen inde datur I den.

Wilpirch dicta Boxpergerin obiit de qua dantur X sol. in missa pro defunctis de Curia in Attenhouen quam tenet uicarius eius.

VI kal. Hainricus Bursnarius obiit. Vid. lib. ord. Nro. 10.

Uxor Cunradi dicti Veger dedit nobis pro remedio anime sue VI lib. den. ut post obitum suum in anniuersario suo dentur X sol. den. presentibus.

V kal. Octava Sancte Agnetis. Cunradus dictus Bobinger obiit. Vid. lib. ord. Nro. 11.

IV kal. Hic celebratur Commemoracio sollempnis beate Anastasie martyris cum omni sollempnitate per chorum avgustensem Require in ordinacione Venerandi patris et egregii domini Heinrici Truchsäz de hefingen decretorum doctor prepositus huius ecclesie Augustensis lib. ord. Nro. 198.

Memoria Syfridi de Algishusen et datur vrna uini et I sol. ut supra. Marquardus de Berg episcopus obiit.

III kal. Anno domini MCCCCXXII penultima die mensis Januarii obiit Johannes Mayr Ciuis Augustensis Cuius relicta anna nunc uxor Symonis Zeller cum aliis Executoribus tradederunt et donauerunt in prompta pecunia LX florenos rynenses boni auri legalisque ponderis Capitulo Ecclesie august. pro quibus quidem florenis predictum Capitulum statuit ordinauit ac singulis annis anniuersarium diem predicti Johannis Mair cum duabus presenciis more solito et consueto videlicet de sero cum maioribus vigiliis in quibus distribuantur presencie secundum quantitatem et morem ut alie presencie distribuuntur et deinde

Januarius — Februarius.

visitetur sepulcrum ipsius cum placebo Et mane in minoribus Vigiliis et in missa defunctorum eciam distribuatur vna presencia ut prius. Item II sol. den. pro una candela facta de una libra cere de nocte et mane ardente Hec omnia dabit bursarius Capitali qui pro tempore fuerit.

Cunradus Taeffinger socius chori obiit.

Marquart obiit qui dedit II hubas in arcelon. inde dantur due carrade Vini.

II kal. Nouerint uniuersi quod dominus Siboto curialis seruus in die Purificationis singulis annis de agris suis in campo Burchuelt sitis dabit VIII sol. pro urna uini sociis II sol. Eo uero mortuo idem oblaium dabitur in anniuersario suo.

Februarius.

Kal. Brigide virgine. Memoria Syfridi episcopi et seruicium fratribus dabitur.

Hermann presbiter obiit qui dedit hubam I in Rötigen et hec spectat ad preposituram.

Item hainricus laicus obiit qui dedit molendinum in Erringen Inde dantur XII sol.

Dominus cunradus Wilbach socius chori ordinauit quod plenum officium de corpore Christi decantari et celebrari debet in choro mense presenti, die una qua ministri altaris id fieri ordinauit. Vid. lib. ord. Nro. 108.

Ludewicus dux Bawariae obiit. Vide lib. ord. Nro. 12.

Magister H. notisen socius chori obiit qui dedit nobis annum mortis prebende sue. inde dantur hodie XIII sol. den. aug. in missa pro defunctis presentibus tantum et astantibus in choro et I sol. pro comparacione missarum.

Februarius.

Hainricus dictus Kloekelman dedit nobis duas curias In Binswank. Vid. lib. ord. Nro. 12.

Hodie dantur IV lib. aug. et XV maltera tritici de officio In Erlingen.

IV. Nonas. Purificationis sancte Marie. Cunrat Fundeno et agnes uxor eius emerunt fratribus in oblacionem pro salute anime sue mensam sitam Juxta cistas calcificum soluentem annuatim X sol. et emerunt fratribus in oblacionem IV ortus de quibus soluuntur annuatim II lib. et VIII sol. de qua summa In Purificacione sancte marie dantur VIII sol. pro urna uini et uicariis I sol. et scolaribus I sol. pro tortellis. Item pro lumine ad Lucernam ante Capitulum VI sol. et seruo qui incendit lumen II sol.

Item in Purificacione dantur VI lib. den. de officio Caseorum.

Ulricus plebanus dictus Spinlaer obiit. Vid. lib. ord. Nro. 13.

In purificacione sancte marie Virginis distribuatur una lib. den. in publica missa ex ordinacione domini Johannis Kostentzer.

III. Nonas. Blasii episcopi et martyris. Walther episcopus obiit qui ecclesiam sancte marie patrimoniis suis magnifice ditauit.

Luduicus saxo ciuis aug. obiit qui dedit nobis VI lib. den. inde dantur hodie in missa pro defunctis X sol. tantum presentibus de nostris nouis bonis.

Dominus Werenherus de Zaeringen noster concanonicus dedit nobis XV lib. den. aug. ut festum sancti Blasii deinceps cum campana chori sollempniter celebretur et de nostris nouis bonis in matutinis VIII sol. tantum presentibus et in missa XII sol. eciam tantum presentibus Ad comparandum missas eodem die in monasterio I sol. Ministris I sol. et scolaribus I sol. fideliter distribuantur.

II. Nonas. Syfrit laicus obiit qui dedit predium in Eggelunhouen. inde et de alio predio ibidem soluuntur II magne carrade uini franconici.

Februarius.

Mechtildis dicta Smidin de memmingen obiit que dedit nobis VI lib. den. inde dantur X sol. den. presentibus in missa pro defunctis.

Wernherus de Zeringen noster concanonicus dedit nobis XII lib. den. aug. ut hodie in anniuersario B. patris sui dentur annuatim de bursa X sol. tantum presentibus in missa pro defunctis et IV Non. augusti in anniuersario agnetis matris sue similiter X sol.

Rudolfus de Hurenhain summus prepositus ecclesie aug. obiit. Vide lib. ord. Nro. 14.

Nonas Agathe virginis et martyris. Nithardus sacerdos obiit qui dedit dominis aream ante portam ciuitatis sitam uidelicet domum proximam apud apothecam inde datur I lib. den. in commemoracione sancti pauli, que sic est ordinata. dominis dantur VIII sol. sociis II sol. et V sol. pro sepo ad lumen in cripta anteriori et seruo qui incendit lumen II sol. et oblaico qui fuerit pro tempore III sol. ut diligenter ista procuret.

In die Agathe virginis et martyris In publica missa distribuantur XVI sol. VIII den. Ex ordinatione domini Cunradi Berger. Vid. lib. ord. Nro. 179.

Rudolfus vicedominus obiit inde dantur hodie I lib. den. aug. in missa pro defunctis presentibus et astantibus in choro uidelicet VIII sol. de curia apud pistrinum et X sol. ex ordinacione magistri ulrici de egnach. Quere VI kal. Maii.

VIII Idus Dorothee virginis. Clara dicta Rantzhaimin obiit que dedit nobis VI den. Inde dantur hodie in missa pro defunctis X sol. den. presentibus tantum.

Dominus Johannes de rot Canonicus huius ecclesie obiit. Vid. lib. ord. Nro. 162.

Adelhait relicta C. Hurenlochensis obiit que dedit nobis XII lib. den. in bonis nostris in Grabun emptis a dominis de Haldenberg. Inde dantur II urne uini vna hodie. altera In vigilia annunciacionis de anniuersario mariti sui predicti.

Februarius.

Notandum est quod festum sancte Dorothee celebratur sollempniter. Require in ordinatione domini Geroldi de Entzberg lib. ord. Nro. 52.

Dominus Geholfus sacerdos altaris obiit. Vid. lib. ord. Nro. 15.

VIII Idus. Siboto dictus Munzmaister Ciuis aug. obiit qui dedit nobis VI lib. den. *Inde* dantur in missa pro defunctis X sol. deu. presentibus tantum.

Remwardus minister de Werdea obiit qui dedit nobis X lib. den. aug. de quibus dantur nobis XVI sol. den. aug. presentibus tantum in missa pro defunctis de nostris nouis bonis.

VI Idus. Cunradus remboto ciuis aug. obiit qui dedit nobis VI lib. den. aug. inde dantur hodie de prebendis absentium uel de bursa X sol. den. presentibus tantum in missa pro defunctis.

Johannes auicula filiaster dicte hanganorin obiit qui dedit nobis VI lib. den. Inde dantur in missa pro defunctis X sol. den. presentibus tantum.

Dominus Wigandus minister altaris obiit qui dedit nobis XIX florenos Renenses V grossos et III hallenses et singulis annis eius sepulchrum visitetur cum placebo et missa pro defunctis cum distribucione presencie ut moris est.

V Idus. Altonis confessoris. Anno domini MCCCLXXXVIII obiit dominus Eberhardus de Hauwenstain Canonicus huius ecclesie In die sancti Altonis confessoris. Qui legauit capitulo curiam suam canonicalem sitam prope turrim que wlgariter nominatur uf dem Horen. Quam curiam capitulum uendidit pro LX lib. den. Et executores sui addiderunt duas lib. cum dimidia quos denarios recepit capitulum tali condicione quod ipsum capitulum tenetur dare singulis annis In Anniuersario suo duas lib. den. cum dimidia. Qui sic sunt distribuendi. In sero in Maiori Vigilia XXV sol. den. De mane in Missa pro defunctis XXIV^or sol. den. Et unus sol. ministris.

Februarius.

Item feria quinta post agathe virginis obiit paulus lang filiaster.

Elizabet dicte schrenkin. Require V Idus Januarii.

Syfrit hainrich Herman Laici predium quod habuerunt In Lechesgemunde a matre sua Adelhaide et anunculo suo hainrico et quod inposterum iure hereditario habere debent dederunt dominis in usus prebende in remedium predictarum animarum. Et scolaribus I sol. pro tortellis.

Sciendum est quod dom. Wilhalmus Rembot Canonicus ecclesie sancti Maurici disposuit et ordinauit octauam Purificacionis sancte marie cum omni sollempnitate celebrare ut in die et ut pulsacio fiat ut de apostolis. Et in primis uesperis dentur XVI sol. cum VIII denariis. In Matutinis similiter XVI sol. cum VIII den. Et in Publica Missa XVI sol. cum VIII den. denariorum august. Item domino decano I sol. Cantoribus I sol. Ministris I sol. domino Custodi VI denarii. Sacerdotibus altaris IV den. Edituis IV den. Bursnario IV den.

IV Idus. Scolastice Virginis. Anno domini MCCCIX dominus h. quondam cellerarius sancti Mauricii obiit qui dedit nobis XX lib. den. aug. in empcione bonorum in Affeltrach et inde ordinauit dari IV^{or} modios auene vendendos et hodie pecuniam in missa pro defunctis inter presentes tantum distribuendam.

Anno dom. Millesimo CCCC° nono in die sancte scolastice virginis obiit dominus georius de hochdorf canonicus ecclesie aug. Vid. lib. ord. Nro. 135.

Anniuersarium parentum domini Geórgii de hochdorf habetur in Crastino sancte scolastice virginis. Vid. lib. ord. Nro. 135.

Memoria Arnoldi kamerarii proaui H. kamerarii. inde datur vrna vini.

Februarius.

Dominus hainricus Schnelman miles dedit Capitulo seldam unam sitam in Birchach. inde dantur X sol. den. qui distribuendi sunt in anniuersario agnetis uxoris sue.

III Idus. Ruprecht laicus obiit qui dedit hubam I in Ottingen. inde datur I malterum tritici.

Sciendum quod georius Tendrich Ciuis aug. et Agnes uxor eius tradiderunt et donauerunt in prompta pecunia LX florenos R. boni auri legalisque ponderis Capitulo Ecclesie aug. Pro quibus quidem florenis predictum capitulum Statuit ordinauit ac singulis annis anniuersarium diem predictorum Georii Tendrich et Agnetis uxoris eius cum duabus presenciis more solito et consueto videlicet de sero cum maioribus vigiliis in quibus distribuantur presencie secundum quantitatem et morem ut alie presencie distribuuntur et deinde visitetur sepulcrum ipsorum cum placebo Et mane cum minoribus vigilis et in missa defunctorum etiam distribuatur una presencia ut prius. Item II sol. den. pro una candela facta de una libra cere de nocte et mane ardente. hec omnia dabit bursarius capituli qui pro tempore fuerit. Predictum autem Anniuersarium erit Annuatim in crastino beati Valentini Episcopi.

II Idus. Memoria Wolfhardi de Rot et datur urna uini.

Ulricus dictus Rauenspurger obiit qui dedit nobis VI libr. den. Inde dantur nobis hodie X sol. den. in missa pro defunctis presentibus tantum.

Johannes schongaw obiit qui dedit X lib. den. in empcione bonorum in Affeltrach. inde dantur hodie XVI sol. den. presentibus tantum.

Idus. Reinhardus pater Chunradi dicti Bruninch obiit pro cuius anniuersario dedit nobis Chunradus filius suus VIII lib. den. ut in missa pro defunctis dentur X sol. den. presentibus tantum.

Hugo Canonicus et sacerdos obiit qui dedit nobis VI lib. den. in empcione bonorum nostorum in Affeltrach. Inde dantur X sol. den. in missa pro defunctis presentibus tantum.

Februarius.

Johannes Portner dedit nobis VI lib. den. pro anniuersario Elizabeth uxoris sue inde dantur X sol. den. in missa pro defunctis presentibus tantum.

XVI. Kal Marcii. Valentini martyris. Marquart subdyaconus obiit qui dicitur Gula.

Eufemia de Rochlingen obiit que dedit nobis VI lib. den. in empcione predii in dilingen inde datur vrna uini.

Wigolt laicus obiit qui dedit II hubas in Wulfricheshusen de illis et de vna alia soluuntur XV maltera tritici ad prebendam.

Dominus hainricus socius chori dictus Batzenhouer obiit. Vid. lib. ord. Nro. 16.

Johannes auicula dictus Bumaister obiit qui dedit nobis VI lib. den. inde dantur X sol. den. in missa pro defunctis presentibus tantum. Marquardus alpershouer Minister domini Friderici dicti spaet episcopi ecclesie aug. obiit qui dedit nobis VI lib. den. inde dantur in missa pro defunctis X sol. den. presentibus tantum.

XV kal. Agnes filia Ditrici institoris. Celleraria dom. hainrici sacerdotis ministri altaris dedit nobis VI lib. den. pro anniuersario patris sui et ipsa defuncta ipsius agnetis memoria cum ipso patre habeatur. deinde dantur X sol. den. in missa pro defunctis presentibus tantum.

Sifridus marscalcus obiit qui dedit curiam in Weltrihshouen inde datur urna uini et malterum tritici.

Cunradus crispus Vicarius obiit.

Dominus hainricus Truner Canonicus huius ecclesie obiit. Vid. lib. ord. Nro. 17.

XIV kal. Juliane Virginis et martyris. Cunrat Schrotelo laicus obiit cuius filius hainricus clericus dedit aream ante iudeos sitam de qua dantur X sol. den. canonicis ad missam in choro stantibus et deseruientibus et vicariis proporcionaliter tantum per bursnarium et de bursa.

Februarius.

Anno dom. MCCCLXXX in die sancte Juliane Virginis et martyris. Obiit Johannes dictus Kostentzer quondam socius Cori et Bursnarius. Vid. lib. ord. Nro. 100.

Anno dom. MCCCLXXXXIII In die sancte Juliane virginis obiit magister iohannes de gerenberg. Vid. lib. ord. Nro. 112.

Anno dom. MCCCLXXXVI obiit dominus Burchardus de Tettingen. Canonicus huius ecclesie. In die sancte Juliane Virginis. Vid. lib. ord. Nro. 110.

Dominus Ulricus de Scheppach Canonicus huius ecclesie obiit qui dedit capitulo LXX lib. den. aug. de quibus dantur annuatim de sero in maiori vigilia XXV sol. den. In placebo XV sol. den. de mane in minori uigilia XV sol. den. Et in missa pro defunctis XXV sol. den. Decano II sol. den. Pro una candela III sol. den. Ministris XXIII den. Sacerdoti altaris I sol. den. pro comparacionibus missarum XXX den. Mechthildis uxor iohannis Schongowarii senioris dedit nobis VIII lib. den. in remedium anime sue. inde dantur hodie in missa pro defunctis XIV sol. den. presentibus tantum de nostris nouis bonis uel de bursa.

XIII. kal. Agnes uidua obiit que dedit quoddam predium in Gremehain. Inde dantur IV^or sol.

XII kal. Werenherus Custos obiit qui dedit ecclesie annum mortis prebende sue inde datur urna vini Sociis II sol. Ministris I sol. de predio in Aitingen illius de Schersteten.

Agnes filia Hartmani longi palli obiit que dedit nobis V lib. den. in edificacione domus lapidee ante sanctum Leonhardum. Inde datur vrna vini.

Adelhaidis de Boksperg obiit. et dantur X sol. den. in missa pro defunctis presentibus et astantibus in choro. Vid. lib. ord. Nro. 3.

XI Kal. Hainricus miles dictus de algishusen obiit. In cuius anniuersario datur vrna uini de domo Burggrauii.

Februarius.

X kal. In capite Jeiunii datur vrna uini de molendino in Gisenhusen. prepositus ibidem.

Hiltprandus sacerdos uicarius obiit.

Anno dom. MCCCLXXV obiit venerabilis vir dominus Cunradus schenck de schenckenstain Canonicus huius ecclesie Vid. lib. ord. Nro. 223.

Dominus Werenherus de Zeringen Canonicus ecclesie aug. obiit. Vid. lib. ord. Nro. 18.

IX kal. Vlricus laicus obiit qui dedit predium in Sunthain et ecclesiam ibidem. Inde dantur II lib.

Notandum est quod in vigilia kathedre sancti petri apostoli obiit dominus Eberhardus de knoringen. Vid. lib. ord. Nro. 121.

Hainricus Decanus de Brentz obiit qui dedit curiam unam Inde datur vrna uni et maltera tritici.

Item Burchardus canonicus et archidyaconus obiit.

VIII kal. Cathedra S. Petri. Cathedra sancti Petri celebratur sollempniter cum cantoribus. Vide in ordinacione dom. hainrici Bursnarii Nro. 10.

Anno dom. MCCCCI in Cathedra sancti petri obiit Syfridus dictus Karrer qui dedit nobis et capitulo nostro pro remedio anime sue VI lib. den. aug. magnarum librarum. Inde dantur nobis hodie in Anniuersario ipsius X sol. den. aug. in Missa pro defunctis presentibus tantum.

Hainricus miles de Auspurch et hiltgundis uxor sua dederunt nobis XXIV lib. den. aug. propter quod dantur hodie in anniuersario ipsius hainrici militis XV sol. tantum presentibus et in anniuersario hiltgundis vxoris sue predicte similiter XV sol. tantum presentibus de nostris nouis bonis.

Margareta Egni obiit. Vide in ordinacione sororis sue agnetis uxoris hilpoldi de knöringen militi VI Non. Martii.

Bezela obiit que dedit dimidiam hubam in sittingen et hec spectat ad preposituram.

Februarius.

Marquardus filius Volrici de L a u g i n g e n obiit. relicta sua dedit nobis VI lib. den. Inde dantur hodie X sol. den. in missa pro defunctis presentibus tantum de nouis bonis.

Dominus Otto de S u n t h a i n Canonicus huius ecclesie obiit. Vid. lib. ord. Nro. 138.

Dominus Volricus de D i n k e l s p u h e l Canonicus huius ecclesie obiit. Vid. lib. ord. Nro. 19.

VII kal. In crastino kathedre sancti petri commemoracio omnium animarum. Vid. in ordinacione h a i n r i c i Bursnarii Nro. 10.

H a i n r i c u s et H e r m a n n s obierunt pro quorum memoria. Hailwigis dicta A l e n s t i l i n dedit nobis VI lib. den. in empcione bonorum nostrorum in a i t i n g e n a iuniore h. de a u s p u r g emptorum Inde dantur hodie X sol. den. tantum presentibus in missa pro defunctis.

Anno dom. MCCCCXXXIV In vigilia Mathie apostoli obiit hainricus dictus l e d r e r vicarius chori Ecclesie aug. ac Capellanus capelle sancte barbare virginis. Vid. lib. ord. Nro. 148.

A d e l h a i d i s summa Villica obiit in cuius memoriam datur vrna uini.

Anno dom. MCCCCLXXXVI Obiit Reuerendus pater et dominus johannes Comes de W e r d e m b e r g Episcopus Aug. Vid. lib. ord. Nro. 263.

Vlricus F u n d a n u s senior obiit qui dedit nobis tria cubicula que wlgo dicuntur kursengadmer de quibus soluuntur nobis annuatim tres urne vini vna uidelicet hodie. Altera in anniuersario uxoris sue. Tercia in anniuersario filii sui V o l r i c i.

VI kal. Mathie apostoli. In die sancti Matthie apostoli distribuatur una lib. den. in publica missa ex ordinacione dom. iohannis dicti K o s t e n t z z e r.

Dominus Fridricus de Z o l r prepositus ecclesie aug. obiit. Vid. ord. Nro. 37.

Februarius.

Magister Gerboldus de Swarzenburch obiit. qui dedit dominis annum mortis prebende sue. inde datur urna vini.

V kal. Walpurge uirginis. Hainricus Custos Ecclesie aug. obiit. Vide in ordinacione dom. Wolfrani fratris sui in lib. ord. Nro. 37.

Dominus de zolr dictus ostertag Canonicus huius ecclesie obiit. de quo dantur XXIV sol. pro quibus Capitulum habuit annum mortis prebende sue. Et de sero in maiori vigilia XII sol. Et in mane in missa pro defunctis XII sol. tantum presentibus distribuantur.

Anshalm obiit, qui dedit predium In Raetinberch inde datur urna uini quod predium habet portenarius ad personam suam.

Otto et kuno obierunt qui dederunt hubam I in therres et hec spectat ad conductum vini Bozanici.

IV kal. Ludwicus de Hamersteten Canonicus obiit. Vid. lib. ord. Nro. 20.

Memoria Syfridi de Algishusen. et datur urna uini et I sol.

III kal. Hermanus scolasticus de Wartolfsteten obiit qui dedit Curiam residencie sue ad officium decanie Inde datur vrna uini et malterum tritici et II sol. sociis de choro et ministris I sol. Et in introitu Curie dantur dominis X lib. den. aug. Insuper dedit dominis XVIII lib. den. In empcione illius predii in aittingen occidentali. Inde datur I lib. den.

Anno dom. MCCCCLIX penultima die mensis februarii obiit dom. baltasar de hurnhain Canonicus et Cellerarius huius Ecclesie. Vid. lib. ord. Nro. 206.

Hartmanus de Elerbach Canonicus huius ecclesie obiit qui dedit nobis annum mortis prebende sue inde dantur de sero in maiori uigilia XII sol. presentibus tantum et astantibus in choro et in mane in missa pro defunctis XVIII sol. similiter presentibus et astantibus in choro.

Februarius — Marcius.

II kal. Anno dom. MCCCLXXXVIII in vigilia sancti Mathie apostoli obiit Selend uxor quondam iohannis dicti Dachs cuius executores dederunt nobis et capitulo nostro VI lib. den. august. magnarum librarum inde dantur nobis hodie in anniuersario ipsius X sol. den. aug. in Missa pro defunctis presentibus tantum.

Marcius.

Kal. Anno dom. MCCCLXX prima die marcii obiit Johannes Kreier socius chori cuius executores ob remedium anime sue Capitulo dederunt XXIII lib. den. pro quibus Capitulum promisit eius anniuersarium annis singulis more debito et consweto celebrare et sic de sero in maioribus vigiliis dare et distribuere XV sol. den. Et in missa pro defunctis similiter XV sol. den. de bursa uel de nouis bonis presentibus tantum.

Memoria Sifridi episcopi et seruitium fratribus dabitur.

Cunrat laicus obiit qui dedit domum cum orto adiacente in Taeffingen. inde dantur IV sol. et VI den.

Agnes uxor Hainrici Herbordi filia relicte marquardi de Laugingen obiit que dedit nobis VI lib. den. aug. inde dantur X sol. den. in missa pro defunctis presentibus tantum de bursa uel de nouis bonis.

Hiltegundis uxor H. militis de Auspurch obiit de qua dantur hodie XV sol. den. tantum presentibus ut supra dictum est.

Dietricus de Havenstain Canonicus obiit de quo dantur XIIII sol. den. pro vrna uini ex domo residencie sue. Require Georii. Anno dom. MCCCVIII mortuus feria VI in capite ieiunii sepultus in dominica Inuocauit. Item dominus engelhardus de Entzberg prepositus huius ecclesie dedit nobis VIII lib. den. de quibus dantur de sero in maioribus uigiliis pro auunculo suo

Marcius.

de hawenstain XV sol. den. de nouis bonis uel de bursa. Vid. lib. ord. Nro. 9.

VI Non. Anno dom. MCCCCXX dominica reminiscere que erat tertia dies marcii obiit agnes uxor dom. hilpoldi de knöringen militis que donauit nobis ac Capitulo nostro unam curiam sitam infertingen cum omnibus iuribus ac attenenciis suis que libera est ab omni iure aduocacia quam nunc colit hainricus aulinger soluentem annuatim II modios silliginis II modios auene mensure herilis Et sex solidos augustenses et III den. Ita tamen quod in anniuersario sororis sue Margarete dicte Egni quod celebratur in kathedra sancti petri de sero in maioribus uigiliis presencie distribuentur more solito et sepulchrum eius cum placebo visitetur Et de mane minoribus vigiliis celebratis in missa defunctorum presencie distribuentur. Item cereum unius libre de sero et de mane ardentem. Item cuilibet sacerdoti missam celebranti I den. pro comparacione misse VI den. sacerdotibus altaris Et est notandum quod simili modo peragi debet in dominica reminiscere anniuersarium supradicte agnetis uxoris dom. hilpoldi de knöringen militis cum distribucione presenciarum ac cum ceteris supra pretactis.

V Non. Gerdrudis filia hainrici Berne uxor Ruegeri filii longi pallii obiit que dedit nobis VI lib. den. Inde dantur X sol. den. in missa pro defunctis presentibus tantum.

Magister Burchardus Plebanus huius ecclesie obiit. Vide lib. ord. Nro. 21.

Dom. Hainricus Kroph Canonicus huius ecclesie obiit.

IV Non. Hic agitur memoria omnium fidelium defunctorum feria IV quatuor temporum ante Reminiscere ad ordinacionem dom. Magistri Hermanni Decani ecclesie aug. Vid. lib. ord. Nro. 70.

III Non. Memoria H. kamerarii et datur vrna vini.

Anno dom. MCCCXCIX in die sanctorum martyrum Victorini et perpetue obiit dominus Cunradus dictus kung socius chori et prepositus frugum. Eius executores dederunt nobis et

Marcius.

capitulo nostro VI lib. den. aug. et magnarum librarum. Inde dantur nobis hodie X sol. den. in missa pro defunctis presentibus et astantibus in coro.

II Non. Hainricus archipresbiter obiit qui dedit dimidiam hubam in Laugingen. Inde dantur IV sol.

Grifo laicus obiit qui dedit hubam I in Haidenhain. inde datur maltra tritici.

Syfridus de Oberndorf marscalcus Canonicus huius ecclesie obiit. Anno dom. MCCCXLII.

Elizabeth Schroetaerin filia hainrici Longi palii obiit de qua dantur hodie X sol. den. tantum presentibus de bonis In kutzenhouen emptis a domino de Rorbach in quorum empcione dedit nobis VI lib. den.

Nonas. Victorini martyris. Adelhait mater dom. hainrici de Beringen Canonici obiit de qua dantur XVIII sol. den. in missa pro defunctis presentibus tantum.

VIII Idus. Anno dom. MCCCCXXXI in crastino victorini martyris obiit hainricus Winther socius chori et Capellanus sancti Andree apostoli in cripta. Vid. lib. ord. Nro. 159.

Johannes Kostentzzer. Sciendum quod in sex dominicis diebus LX distribuantur VI lib. den. primo In dominica qua cantatur officium Inuocauit datur I lib. den. in publica missa. In dominica Letare I lib. den. In dominica judica me I lib. den. dominica Domine ne longe I lib. den. Ex ordinacione predicti dom. iohannis dicti kostentzzer.

Otilia uxor zacharie Ruodolf obiit quorum anniuersarium peragatur illo tempore. Vid. lib. ord. Nro. 196.

VII Idus. Chunradus Tornator socius huius chori obiit. Vid. lib. ord. Nro. 22.

Kungundis uxor hainrici dicti Duering obiit que dedit nobis VI lib. den. aug. in bonis in Erringen emptis a kamerario in Wellenburch de eisdem bonis uel de bursa debent hodie dari X sol. den. tantum presentibus in missa pro defunctis.

Marcius.

Ulricus de Bosano prepositus dedit nobis XX lib. den. de quibus dantur in maiori vigilia XVI sol. den. Et in missa pro defunctis XVI sol. den. tantum presentibus de nouis bonis uel de bursa.

Anno dom. millesimo CCCCIV nono die mensis marcii in quo in ecclesia dei celebratur dominica letare ierusalem obiit in christo reuerendus pater ac dominus dominus Burkardus de elrbach pie memorie episcopus ecclesie augustensis. Vid. lib. ord. Nro. 136.

VI Idus. Conuersio marie magdalene. Cunradus dictus Birmider obiit de quo dantur X sol. presentibus.

Hiltegundis sittenbekkin obiit de qua datur vrna vini. Require Luce Ewangeliste.

Conuersio marie Magdalene sollempniter celebratur cum Cantoribus et pulsacio fiat sicut de apostolis. Ex ordinacione dom. hainrici amatoris. Vid. lib. ord. Nro. 33.

Hic habeatur processio post primas vesperas ad altare sancte Marie magdalenae ex ordinacione domini Berchtoldi Taurenfelder. Vid. lib. ord. Nro. 261.

V Idus. Hainricus kamerarius obiit qui dedit curiam in geggingen de qua annuatim datur dominis vrna uini et malterum tritici. Et quicunque sacerdos pro tempore tenet altare sancti stephani idem oblaicum dare tenetur.

Magister ulricus de Egnach officialis curie augustensis obiit qui dedit nobis XX lib. den. aug. Inde dantur hodie in missa pro defunctis I lib. den. presentibus et astantibus in choro. Et in anniuersario domini Ruodolfi vicedomini XII sol. den. in missa pro defunctis similiter presentibus et astantibus in choro. Et in anniuersario Berhte matris sue sol. den.

V kal. Gerdrudis Relicta quondam Hainrici Berne obiit que dedit nobis VI lib. den. de quibus dantur X sol. den. presentibus in missa pro defunctis.

Wernherus auicula senior obiit qui dedit nobis VI lib. den. de quibus dantur X sol. den. presentibus in missa pro defunctis.

Maius.

Bartholomeus de Welden canonicus. Vid. lib. ord. Nro. 279.

IV kal. Aerbo Laicus obiit qui dedit hubam I dimidiam in Stauffen inde dantur II maltra tritici.

III kal. Hainricus decanus dictus de Nidlingen obiit et dantur XII sol. den. presentibus. Vid. lib. ord. Nro. 27.

Item dominus Krafto Scolasticus dictus de Nidlingen dedit Capitulo VI lib. den. aug. ut vigilia maior habeatur de sero ipsi H. Decano fratri suo et X sol. distribuantur presentibus tantum de nouis bonis uel de bursa.

Anno domini MCCCCLX die Jouis infra octauas pasce que fuit prima dies mensis Aprilis Johannes Waelsch Senior vicarius chori dedit capitulo quingentas Sexaginta sex lib. magnarum XIII sol. et IV den. Aug. in prompta pecunia In hunc finem vt post mortem suam ab octauis penthecostes vsque ad festum sancti Martini episcopi in festis sanctorum trium lectio habeatur et legatur nocturnus et dentur presencie more solito et consweto Vt in aliis nocturnis Hoc cum pacto adiecto Si festum cuiusdam illorum sanctorum in diem dominicam ceciderit quod nichilominus eadem dominica die in matutinis presencie debeantur et teneantur dari tempore et more solito ut supra. Exclusis in festis Barnabe et fidis virginis vt post in ordinacione domini iohannis waelsch prefati scilicet in octaua uisitacionis marie.

Nicolaus schmidlin Doctor. Vid. lib. ord. Nro. 206.

II kal. Petronelle virginis. Marquardus de Nidlingen obiit qui emit ortum coniunctum curie sue pro X lib. aug. inde constituit dari In anniuersario suo vrnam uini malt. tritici quod ex antiquo debetur. Dominus Krafto de Nidlingen prepositus huius ecclesie de suo addit XXII sol. den. singulis annis distribuendos. Vid. lib. ord. Nro. 27.

„Anno domini MCCCCLXXXV obiit Cunradus Rappolt socius chori. Vid. lib. ord. 242.

Junius.

Kal. Nicomedis martiris. Memoria Sifridi episcopi et seruitium fratribus dabitur.

Dominus cunradus wilbach socius chori ordinauit quod plenum officium de corpore Christi decantari et celebrari debet in choro mense presenti die vna qua ministri id fieri ordinauerint. Vid. lib. ord. Nro. 108.

Vdelscalcus episcopus obiit. Vid. lib. ord. Nro. 48.

Item de eodem dantur de sero In minori vigilia XII sol. de mane in missa pro defunctis XII sol. den. presentibus de Bursa uel nouis bonis.

IV Non. Marcellini et Petri. Albertus laicus dictus zusmarhuoser obiit qui ordinauit de domo sua dari vrnam vini Stotzhart.

Anna portnarinn vxor hainrici senioris Portnarii dedit nobis VI lib. den. Inde dantur X sol. den. in missa pro defunctis presentibus.

III Non. Erasmi episcopi. Walkun Laicus obiit qui dedit predium in Gablungen et hoc spectat ad Cellerarium.

Festum sancti Erasmi celebratur sollempniter cum pleno officio et cum campana chori. Vid. lib. ord. Nro. 30.

Memoria Wolfhardi de Rot et datur vrna uini.

Anno dom. Millesimo CCCC Quintodecimo in die sancti Erasmi martiris. Obiit venerabilis vir dominus vlricus Burggrauii pie memorie quondam decanus ecclesie augustensis cuius anniuersarium cum larga conscriptum est. Vid. lib. ord. Nro. 118. Post mortem autem ipsius ad petitionem venerabilis viri domini Friderici Burggrauii prepositi iamdicte ecclesie augustensis fratris eius domini canonici more solito capitulariter congregati statuerunt et ordinauerunt quod deinceps omni anno larga pretacta per prefatum dominum vlricum Burggrauii ordinata in die obitus sui in curia decanatus pauperibus distribuatur cuius ordinacioni et

Junius.

distributioni semper personaliter intersit capellanus siue vicarius altaris sancti nicolai qui pro tempore fuerit.

Peregrinus obiit de quo dantur X sol. den. presentibus et ministris I sol. den. ex bonis ad hoc nobis delegatis a domino Wolf. episcopo. Vid. lib. ord. Nro. 5.

II Non. Siboto Curialis ceruus iunior obiit filius Sibotonis beate memorie curialis cerui qui dedit dominis VII lib. aug. que fuerunt date pro redemtione curie que sita est iuxta curiam Marsalci de Donrsperg. Inde datur vrna uini pro oblaio singulis annis. Egno.

Elizabeth Melczerinna dedit nobis VI lib. den. de quibus dantur X sol. den. presentibus in missa pro defunctis.

Cuonrat Koechlin obiit qui dedit nobis VIII lib. den. de quibus dantur hodie in missa pro defunctis XII sol. den. presentibus.

Nonas. Bonifacii et sociorum eius. Cuno plebanus sancti Mauricii obiit qui ordinauit nobis dari VIII sol. den. pro vrna uini et I sol. den. scolaribus pro tortellis de domo lapidea ante *sanctum* Leonhardum ad quam dedit VIII lib. den.

Hainricus Duoring Laicus obiit qui dedit nobis XIV lib. den. aug. in bonis In Erringen emptis a kamerario de Wellenbuorch de eisdem bonis uel de Bursa debent hodie dari tantum presentibus in missa pro defunctis XVIII sol. Ministris VI den. Sacerdotibus altaris VI den. et ad conparandum missas in Monasterio I sol. den.

Joannes Egolfus episcopus obiit.

VIII Idus. Cuonrat de Oetingen huius Ecclesie Canonicus obiit qui dedit nobis annum mortis prebende sue iuxta statutum Capituli de quo cesserunt VII lib. et III sol. den. de quibus dantur XII sol. den. presentibus in missa pro defunctis.

Dorothea Lusterin vidua. Vid. lib. ord. Nro. 295.

VII Idus.

VI Idus. Cuno plebanus obiit. Vid. lib. ord. Nro. 49.

Junius.

Anniuersarium Magistri iohannis diem medici. Vid. in lib. ord. Nro. 239.

V Idus. Primi et Feliciani. Anno domini MCCCLXXXII obiit dominus Jacobus de Vlma socius Cori. Vid. in die Christine virg.

Anniuersarium Reuerendi patris domini leonhardi gessel decani. Vid. lib. ord. Nro. 221.

Offemia obiit que dedit ortum. inde dantur VI sol. den. In festo sancti Galli et procurator domorum super addere debet II sol. et hodie dare vrnam vini.

Item Liupoldus presbiter dictus Berenburer obiit qui dedit nobis domum sitam iuxta portam ciuitatis in strata sancte Crucis inde datur nobis vrna uini in anniuersario eius. Et sociis de choro IV sol. oblaicus soluit.

Item Kadelhoch archipresbiter obiit qui dedit hubam I in Berge. Inde datur vrna uini et malt. tritici Kropf.

IV Idus. Onofrii confessoris. Eberhardus de Nidlingen Custos obiit. Vid. lib. ord. Nro. 50.

Anniuersarium parentum domini Hainrici Ablins socii chori require . . . .

Festum sancti onofrii celebratur solempniter cum campana chori. Vid. lib. ord. Nro. 246.

Diepoldus duerelin canonicus. Vid. lib. ord. Nro. 246.

III Idus. Barnabe apostoli. Dominus Hainricus Rector in Steczlingen dedit VII lib. den. ut hodie uisitetur eius sepulchrum cum placebo et missa pro defunctis et inde dantur X sol. den. Vid. lib. ord. Nro. 44.

Festum sancti barnabe celebratur solemniter vt de apostolis. Vid. lib. ord. Nro. 181.

Memoria Hainrici Kamerarii et datur vrna uini.

Vdalricus de Rechberg decanus. Vid. lib. ord. Nro. 271. 272.

Junius.

Sciendum est quod Anno domini MCCCC sexto tercio Idus Junii Executores honorabilis viri domini Friderici Hochschlicz canonici ecclesie Augustensis tradiderunt et donauerunt in prompta pecunia octoginta florenos Rinenses boni auri legalisque ponderis. Capitulo ecclesie prefate pro quibus quidem florenis predictum Capitulum capitulariter promisit In anniuersario prescripti domini Friderici annuatim dare et distribuere quatuor presencias secundum quantitatem et morem ut alie tunc presencie distribuntur videlicet duas de nocte in maioribus vigiliis et placebo de mane vero in vigiliis minoribus et in missa defunctorum similiter duas presentibus tantum. Hecque conscribi statuerunt ad librum oblagiorum per notarium iuratum chori ecclesie predicte vt hec omnia et singula singulis annis efficaciter obseruentur.

II Idus. Liupoldus senior dictus Schroetaer dedit XV lib. den. in edificacione domus lapidee ante sanctum Leonhardum. Inde dantur III vrne vini vna hodie pro remedio anime matris sue Mehthildis. Altera dabitur post obitum ipsius Liupoldi in anniuersario eiusdem. Tercia uero post obitum Mechthildis vxoris sue in anniuersario eiusdem. Procurator domorum.

Idus. Anno domini MCCCCLXVIII Obiit beatrix Trucksessin Vid. lib. ord. Nro. 238.

XVIII kal. Anno domini MCCCLXXX. In vigilia sancti viti martiris obiit dominus Cunradus Ruess senior Canonicus huius ecclesie. Vid. lib. ord. Nro. 109.

Processio dedicacionis Altaris sancti Gregorii. Vid. lib. ord. Nro. 83.

Dedicacio Ad sanctum Gregorium.

Dominus Vlricus Struma obiit Canonicus huius ecclesie de quo dantur II lib. den. de oblagiis domini Waltheri de Lapide eiusdem ecclesie Canonico qui sibi in eisdem successit videlicet In sero in maiori vigilia I lib. den. et de mane in missa pro defunctis I lib. den. presentibus.

Junius.

Otto prefectus dictus **Bogenaer** obiit qui dedit dominis de choro VIII sol. den. pro urna uini. Et sociis II sol. den. Qui denarii soluuntur de domo **Stupfelonis**.

XVII kal. Viti martiris et aliorum. Magister Vlricus **Burgrauf.** Canonicus et plebanus huius ecclesie obiit. Vid. lib. ord. Nro. 51.

Nota quod festum sancti Viti celebratur sollempniter et pulsacio fiat sicut de apostolis. Vid. lib. ord. Nro. 10.

Wolfpreht Laicus prepositus obiit qui dedit hubam I in **Tuemingen** cum ecclesia. et inde dantur IV malt. tritici ad prebendam.

Luitolt **Pfisrich** Ciuis augustensis dedit nobis X lib. den. aug. inde dantur in missa pro defunctis XV sol. den. presentibus.

XVI kal. Memoria Hainrici de **Muenstern** militis. Cuonradi de **Assche**. Cuonradi **Wakernetz** et Hainrici ac aliorum progenitorum domini **Wolfhardi** episcopi et dantur ipso die in missa pro defunctis XVIII sol. den. presentibus Ministris I sol. scolaribus I sol. Vid. lib. ord. Nro. 5.

XV kal. **Walther** Laicus obiit qui dedit **Husen** totam uillam fratribus in oblacionem et hec spectat ad preposituram.

Cunradus et **Irmilgardis** obierunt de quibus datur hodie I lib. den. de bonis in **Binswank**. Vid. lib. ord. Nro. 12.

Anno domini MCCCCXXII Obiit dominus Nicolaus **pistor** de **papenhain** Canonicus huius Ecclesie. Vid. lib. ord. Nro. 154.

XIV kal. Marcian et Marcelli. Memoria **Sifridi** de **Algishusen** de qua datur vrna uini et I sol.

Magister **Arnoldus** plebanus huius ecclesie dedit nobis sex lib. den. aug. ut celebremus anniuersarium **Ludwici** patris sui. Et quia idem **Ludwicus** non est hic sepultus uoluit quod de sero cum placebo uisitetur sepulchrum domini Swigeri de **Mindelberg** prepositi huius ecclesie. Et in anniuersario pre-

Junius.

notato presentibus in missa pro defunctis dantur X sol. den. de bursa.

XIIII kal. Geruasii et Prothasii. Hertnit Laicus obiit qui dedit II hubas in Bobingen. Inde dantur II malt. tritici.

Item Sifrid Laicus obiit qui dedit VII hubas in Vorhach. inde dantur XII sol. ad conductum uini.

Albertus curialis ceruus obiit qui dedit nobis VI lib. den. aug. Inde dantur nobis hodie X sol. den. de nostris nouis bonis uel de bursa.

XII kal. Siboto Curialis ceruus qui pro remedio anime sue contulit fratribus curiam in Mutechusen. Inde datur urna uini. Item X lib. aug.

XI kal. Albani Martiris. Guota obiit que dedit II hubas cum dimidia in Aichiloch cum silua et pratis et molendinum. inde et quibusdam aliis decimis in Poele soluuntur mille casei.

Berchtoldus de Rotwil sacerdos obiit qui dedit nobis XXXIV lib. den. aug. In bonis in Althain a marscalcis in Biberbach emptis propter quod in anniuersario suo de bursa nostra in missa pro defunctis I sol. sacerdotibus altaris et I sol. ad Conparandum missas et XVIII sol. den. tantum presentibus distribuuntur.

X kal. Decem Milium martirum. Hodie dantur Sociis de choro vnicuique V den. domino Gebolfo tam pro salute uiuorum quam mortuorum. Item domino Decano III sol.

Agnes relicta Marquardi de Laugingen dedit nobis X lib. den. in empcione aree pincernarum de Wintersteten ut festum decem milium martirum cum pleno officio et introitu Gaudeamus sollempniter celebretur. de eadem area datur hodie presentibus I lib. den. Vid. lib. ord. Nro. 118.

Gesa filia hainrici longi palli domicella obiit que dedit nobis VI lib. den. de quibus dantur X sol. den. in missa pro defunctis.

Junius.

Hic habetur processio ad altare sanctorum X milium martyrum. Vid. lib. ord. Nro. 104.

Anno domini MCCCCXXII. In die decem milium martirum obiit Georius paulstorfer armiger. Vid. lib. ord. Nro. 165.

Anno domini MCCCCLXXXIII obiit venerabilis vir Magister franciscus reutter. Vid. lib. ord. Nro. 260.

IX kal. Vigilia. Berchtoldus decanus obiit qui dedit predium in Diezen cum ecclesia. inde dantur modo II urne uini et II malt. tritici Et in festo marie Magdalene vna urna vini et malt. tritici, Et in festo sancti Nicolay similiter. Seuelt.

Ebo Laicus obiit qui et vxor sua dederunt domum cauponariam et thesaurum ecclesie in multis ampliauerunt.

In vigila Joannis baptiste datur vna presencia In processione ad Capellam Sancti Joannis ex ordinacione domini wilhelmi peuscher Canonici. Vid. lib. ord. Nro. 264.

VIII. kal. Natiuitatis s. Johannis Bapt. In die sancti iohannis Baptiste distribuatur vna lib. den. in publica missa ex ordinacione domini iohannis dicti Kostentzzer.

Et in mattutinis eiusdem vna presencia ex ordinacione domini nicolai Bernyr. Vid. lib. ord. Nro. 231.

Anno domini MCCCCLXXXI. Obiit Egidius sneider ciuis Augustensis. Vid. lib. ord. Nro. 249.

Agnes Kameraria de Wellenburg obiit de qua datur vrna uini et subtrahitur I de memoriis H. Kamerarii mariti sui.

Sifridus dictus Schappel obiit dedit nobis X lib. den. in edificacione domus lapidee ante sanctum Leonhardum. inde dantur II urne vini vna hodie Altera in anniuersario Berchte uxoris sue.

Item Gerunk laicus obiit qui dedit dimidiam hubam in Aittingen et spectat ad officium.

Agnes uxor Berchtoldi Hurenlochensis obiit et datur vrna uini uel VIII sol. ex domo quondam hirnlininne.

Junius.

VII kal. Hic celebratur anniuersarium Haedwigis matris domini hainrici bursarii et datur I lib. den. in missa pro defunctis presentibus et I sol. den. pro conparacionibus missarum in ecclesia de Curia in Chissingen ut infra patet in suis ordinacionibus.

Irmelgardis uxor quondam Cuonradi Amman dedit Capitulo XII lib. den. ut in eius anniuersario necnon h. Keckonis suorum maritorum X. sol. den. in missa defunctorum distribuantur.

Dominus h. de pfortzham dictus battenberger huius ecclesie Canonicus obiit. Vid. lib. ord. Nro. 53.

VI kal. Johannis et Pauli. Dominus Gerungus de Wasserburg huius ecclesie Canonicus obiit. Vid. lib. ord. Nro. 54.

Elisabeth mater Magistri Ulrici Plebani obiit. Vid. lib. ord. Nro. 51.

Witegav canonicus et subdiaconus obiit qui dedit fratribus Curiam vnde soluitur annuatim vrna uini et maltera tritici.

Item Cuonradus Ceruus obiit qui ordinauit de domo residencie sue hodie dari fratribus pro remedio anime sue VIII sol. den. pro urna uini et sociis de choro II sol. den.

De area magistri Aeblini quondam custodis sita in valli et datur hodie vrna uini. Et in die omnium sanctorum similiter vna. Hamersteten.

Not. quod festum Johannis et Pauli sollempniter celebratur cum pleno officio et processio habeatur ad Capellam eorum. Vid. lib. ord. Nro. 10.

Cunradus Mulich socius chori obiit. Vid. lib. ord. Nro. 107.

Sifridus de Algishusen obiit. Legatur sermo Frequentur. Vid. lib. ord. Nro. 55.

V kal. Reuelacio septem fratrum. Hainricus Dictus Halm obiit qui dedit nobis V lib. den. aug. Inde dantur X sol. den. in missa pro defunctis tantum presentibus de nostris nouis bonis.

Junius.

Dominus fridericus Talwan de Campidona socius ac bursarius chori ecclesie augustensis obiit. Vid. lib. ord. Nro. 145.

Hermanus obiit qui dedit nobis VII lib. aug. de quibus dantur hodie in missa pro defunctis presentibus tantum X sol. et I sol. pro missis conparandis et IV den. sacerdoti missam celebranti et IV duobus ministris et IV den. Sacerdotibus altaris.

Sophia dicta Remin obiit. Inde dantur X sol. presentibus. Vid. in die sancti Martini.

Not. quod festum Septem fratrum sollempniter celebratur cum campana chori et processio habeatur ad altare eorum. Vid. lib. ord. Nro. 183.

Dominus Oswaldus miles obiit qui ordinauit nobis dari V lib. de bonis illis in Taeffingen de quibus dantur annuatim VIII sol. pro vrna vini. Et sociis de choro II sol. oblaicus soluit.

Hic celebratur anniuersarium domine Petirs matris domini Craftonis de Nidlingen quondam prepositi huius ecclesie. Vid. lib. ord. Nro. 27.

IV kal. Leonis pape vigilia. Burchardus obiit de quo dantur X sol. presentibus et I sol. ministris ex bonis ad hoc nobis delegatis a domino Wolf. episcopo. Vid. lib. ord. Nro. 5.

Haedwigis dicta scrotlin obiit et dantur nobis hodie X sol. den. aug. in missa pro defunctis presentibus. Vid. VII kal. Septembris.

Sophia uxor fundani obiit qui dedit II hubas in Berge. Inde datur vrna vini.

Dominus Kropfo Decanus obiit. Vid. lib. ord. Nro. 56.

III kal. Petri apostoli. Dominus Dyepoldus de fryberg, Canonicus huius Ecclesie obiit. Vid. lib. ord. Nro. 188.

Dominus Chunradus Canonicus sancti petri in Perlaico obiit qui dedit nobis XXXII lib. den. de quibus dantur de sero in maioribus vigiliis XII sol. den. de mane in minoribus vigiliis XIII sol. den. In missa pro defunctis XVII sol. den. Ministris

Junius — Julius.

I sol. Sacerdotibus altaris I sol. pro conparacionibus missarum I sol. den.

Sciendum est quod in die sancti petri apostoli post II vesperas habetur processio ad criptam anteriorem ad altare sancti pauli apostoli et ibi distribuatur I lib. den. ex ordinacione domini petri. Vid. mens. Aug. in die sancti Bernhardi.

Hodie datur urna vini et malt. tritici de ordinacione hainrici Cellerarii dicti huchink. Vid. mens. Mai in die s. Floriani.

Not. quod in die sancti petri apostoli distribuatur una lib. den. in publica missa ex ordinacione domini Johannis dicti Kostenczzer.

Item Eglolf obiit qui dedit hubam I in Hagenhain cum ecclesia et decimacione inde datur vnus den.

Anniuersarium parentum domini Alberti de Rechberg ipso uiuente. Vid. lib. ord. Nro. 230.

II kal. Commemoracio s. Pauli. Hodie datur oblaium Nithardi sacerdotis. Vid. mens. Febr. in die ste. Agathe. Vid. lib. ord. Nro. 118.

Julius.

Kal. Octaua sancti Johannis babtiste. Memoria Sifridi episcopi et seruicium fratribus dabitur.

Wolftrigel laicus obiit qui dedit predium in Tierdorf. inde dantur II vrne vini. Et II malt. tritici. Dedit eciam II hubas In wiler. inde dantur IV sol.

Dominus cunradus wilbach socius chori ordinauit quod plenum officium de corpore Christi decantari et celebrari debet in choro mense presenti die vna qua ministri id fieri ordinauerint. Vid. lib. ord. Nro. 108.

Julius.

Non. Wilibaldi episcopi. Anno domini MCCCLXXXX primo In die sancti Willibaldi confessoris obiit dominus Johannes Gerst socius chori. Cuius executores dederunt nobis et capitulo nostro C. lib. XXIV lib. cum dimidia lib. den. monete usualis. Quare nos et capitulum nostrum promisimus ipsis dare annuatim de bursa et de nouis bonis IV lib. den. et vnum sol. den. In Anniuersario predicti domini iohannis Gerst. Qui denarii sic distribuendi sunt videlicet de nocte in Maioribus uigiliis XXV sol. den. de mane In Minoribus uigiliis tantum. Et in missa pro defunctis eciam tantum Domino Tecano vnum sol. Ministris VIII sol. Sacerdotibus altaris vnum sol. Et pro conperacionibus missarum tres sol.

Anno domini MCCCLXXXXIV in die sancti Wilibaldi confessoris obiit dominus Marquardus de Randegg canonicus ecclesie augustensis et doctor decretorum. Vid. lib. ord. Nro. 114.

Festum beati Wilibaldi Episcopi sollempniter celebratur cum Campana chori ex ordinacione Magistri Cuonradi de Seglaw. Vid. lib. ord. Nro. 193.

Maehthildis mater Rudgeri Cellensis obiit. Vid. lib. ord. Nro. 8.

VIII Idus. Kyliani et sociorum eius. Anniuersarium parentum domini Andree in der klingen ipso viuente. Vid. lib. ord. Nro. 257.

Dominus H. Quondam Rector In Stetzlingen instituit celebrari festum sancti Kyliani sollempniter cum pleno officio et pulsatio fiat, sicut de apostolis. Vid. lib. ord. Nro. 44.

VII Idus. Werndrudis mater domini Wolf. episcopi obiit et dantur X sol. den. presentibus et I sol. ministris ex bonis ad hoc nobis delegatis a domino Wolf episcopo. Vid. lib. ord. Nro. 5.

Anno domini MCCCCLVI. VII Idus Julii obiit Marquardus nusser alias Ruchmaerklin socius chori. Vid. lib. ord. Nro. 146.

Julius.

Ber. Rem obiit. inde dantur X sol. den. presentibus. Vid. in die sancti Martini.

Johannes Wälsch senior vicarius chori disposuit ac ordinauit, ut in octaua visitacionis beate virginis marie in matutinis distribuantur XVI sol. VIII den. Aug. et in publica missa XVI sol. VIII den. Vid. die 30. mens. Mai.

VI Idus. Septem fratrum. Agnes obiit pro cuius anime remedio datur nobis vrna uini et maltera tritici de domo hainrici Ovtinensis super ualle. vnde in memoriam eius et patris ipsius Sibotonis chorus cantare debet missam pro defunctis.

V Idus. Octaua sancti Vdalrici. Octaua sancti Vdalrici sollempniter celebratur et habetur processio ad Capellam sancti Vdalrici cum Resp. Sint lumbi nostri et Magnificat. Vid. lib. ord. Nro. 10.

Dominus Albertus Vicedomus in Straubinga obiit. Vid. lib. ord. Nro. 59.

Hainricus cellerarius obiit qui dedit nobis annum mortis prebende sue. Et inde datur nobis hodie I lib. den. de predio quod emptum est in aittingen. Dantur etiam hodie V sol. de prefata ordinacione quam fecit dum adhuc uiueret de domo institarum videlicet III sol. vicariis et I sol. Ministris. Et sol. den. scolaribus pro tortellis.

IV Idus. Naboris. Felicis. Memoria cum anniuersario domini hainrici Episcopi successoris sancti Vdalrici. Vid. lib. ord. Nro. 60.

Sifridus decanus huius ecclesie et plebanus in Noerdelingen obiit qui dedit dominis prebendam suam per annum post obitum suum.

III Idus. Margarete virginis. Gotobolt obiit qui dedit dimidiam hubam in Sewun.

Anno domini MCCCCXXXIX in die Margarete virginis obiit. Magister Cunradus lang, Canonicus huius ecclesie. Vid. lib. ord. Nro. 143.

Julius.

Werenherus de Gislingen socius chori obiit qui ordinauit festum sancte Margarete virginis celebrari sollempniter cum pleno officio. Vid. lib. ord. Nro. 61.

Item Vlricus dictus koppo et prepositus in Haenbach obiit qui dedit dominis XXIV lib. den. aug. que fuerunt date in emptione predii in Westernaittingen.

II Idus. Hic in maiori uigilia legatur sermo. Ne des alienis. Sollempnior memoria Wolfhardi episcopi cum maiori vigilia in sero. Vid. lib. ord. Nro. 5.

Idus. Diuisio apostolorum. Anno domini MCCCCLXX quarto die XXIV mensis octobris venerabilis vir dominus Georgius Peck canonicus ecclesie Augustensis artium et decretorum doctor dedit et soluit venerabili Capitulo ecclesie predicte augustensi tres libras decem solidos et decem denarios augustenses, vt festum diuisionis apostolorum deinceps singulis annis perpetuis temporibus celebretur cum cantoribus.

Herman Laicus obiit qui dedit Hubam in Bobingen et molendinum.

Pangratius müslin canonicus. Vid. lib. ord. Nro. 274.

In diuisione apostolorum datur Vna libra den. in publica missa ex ordinacione domini iohannis dicti Kostentzzer.

Et in matutinis datur vna presencia ex ordinacione domini nicolai bernir. Vid. lib. ord. Nro. 231.

XVII kal. augusti. Memoria Sifridi de Algishusen et datur vrna uini et I sol.

Sifridus dapifer de Donrsperg obiit qui contulit fratribus VIII maltera tritici ex hiis vnum soluetur singulis annis in anniuersario eius Et post mortem Vlrici Vicedomini reliqua VII.

Dominus Mangoldus dictus frauz Canonicus augustensis.

Sciendum est quod domina elysabeth dicta Bechin dedit nobis et capitulo nostro sex florenos nouos ungaros. Inde dantur in anniuersario Georii dicti schrenk mariti sui X sol. den. in Missa defunctorum presentibus.

Julius.

XVI kal. Alexii confessoris et aliorum. Irmelgart obiit que dedit dimidiam hubam In winden.

Johannes Rullin socius chori obiit.

Sciendum est, quod domina Elysabeth dicta schrenkin dedit nobis et capitulo nostro VI lib. den. aug. propter quod hodie tempore vite sue singulis annis de sero visitetur eius sepulcrum cum placebo Et post mortem eius transferatur supradictum anniuersarium ad diem obitus sui.

Anno domini MCCCCLXXIX Dominus cunradus Ruess Junior canonicus huius ecclesie et plebanus In Strubinga obiit in die sancti Alexii. Qui curiam suam canonicalem ex opposito coniacentem choro orientali legauit capitulo ob remedium anime sue. Et eandem curiam capitulum uendidit pro centum et LV ducatis boni auri et iusti ponderis qui tunc temporis fecerunt in moneta currenti. CC. lib. et LXXXIV lib. III sol. VIII den. computando unum ducatum pro centum et decem ratesponensibus.

XV kal. Heinrici Imperatoris. Adelbero archipresbiter *obiit qui* dedit hubam I in Gershouen. Inde datur I maltera *tritici.*

Adelhaidis olim prefectissa obiit qui dedit nobis ortum.

Ulricus dictus Ilsung senior Ciuis augustensis dedit Capitulo XXII lib. den. cum dimid. ob remedium anime sue et parentum suorum.

Hainricus gros canonicus Episcopus Baumbergensis. Vid. lib. ord. Nro. 251.

Festum sancti Heinrici Imperatoris celebratur solemniter cum Cantoribus. Vid. lib. ord. Nro. 250.

XIV kal. Christine virginis. Jacobus de Vlma Capellanus altaris sancte Marie Magdalene et socius chori dedit XXVII lib. den. Sciendum est quod executoree predicti domini Jacobi dederunt in prompta et parata pecunia. LXXV lib. den. monete usualis nobis et capitulo nostro.

Julius.

Walpurgis uxor Cunradi dicti Mimminch obiit.

XIII kal. Berchta obiit qui dedit dimidiam Hubam in Berge.

In crastino Christine virginis celebratur anniuersarium hainrici dicti Witlinger. Vid. lib. ord. Nro. 113.

Cunradus dictus Straeler Capellanus altaris sancti Mathie apostoli socius chori dedit XXVII lib. den.

XII kal. Praxedis virginis. Anno domini MCCCLXXXX. In vigilia sancte marie Magdalene obiit Cunradus dictus dachs filius quondam Johannis dicti dachs cuius mater Otilia dicta Langenmentlin dedit nobis et capitulo nostro IV lib. den. Ratisponensium.

XI kal. Marie Magdalene. De predio in diezzen quod dedit Berchtoldus decanus. vna vrna uini dabitur hodie et malt. tritici.

Item Fridricus Laicus obiit qui dedit calicem et indumenta sacerdotalia sancte Marie.

Obiit dominus iohannes kautsch canonicus et custos huius ecclesie. Vid. lib. ord. Nro. 215.

In die sancte marie Magdalene datur vna lib. den. in publica missa ex ordinacione domini iohannis dicti Kostentzzer.

Anno MCCCC nono die Marie magdalene obiit Cunradus Berlin de wimpima. Vid. lib. ord. Nro. 127.

Dominus Georius de bernstat Canonicus huius ecclesie obiit. Vid. lib. ord. Nro. 189.

Agnes uxor hainrici auicule obiit que dedit nobis VI lib. den.

Anno domini MCCCXIX dominus heinricus de Beringen Canonicus huius ecclesie dedit nobis VI lib. den. aug. ut post primas vesperas de sancta maria Magdalena processione habita in chorum origentalem.

X kal. Apollinaris Episcopi. Kamerarius de Wellenburch iunior obiit.

Julius.

Item Herkenbreht presbiter obiit qui dedit hubam I et dimidiam in kemnaten.

In die sancti Apollinaris celebratur anniuersarium ulrici de Augusta. Vid. lib. ord. Nro. 113.

IX kal. Vigilia. **Dominus Chunradus de Gerenberg Canonicus huius ecclesie dedit nobis XX lib. den. vt in anniuersario Ch. patrui sui in maiori vigilia XVII sol. den. et in missa pro defunctis XVII sol. den. presentibus distribuantur.**

Memoria Brunonis episcopi. Vid. lib. ord. Nro. 9.

Hodie itur cum processione ad capellam sancti Vdalrici. Vid. mens. Jan. in die sancti Vincentii.

Richenza uxor H. Volkmari Carnificis obiit. Vid. lib. ord. Nro. 25.

Magister Johannes kochner Canonicus huius Ecclesie et licenciatus in decretis obiit. Vid. lib. ord. Nro. 158.

Anno domini MCCCLXVII. In die beate anne vidue obiit Sophia de Emershouen felicis recordacionis mater domini vlrici Burggrauii Decani ecclesie augustensis que dedit Capitulo VI lib. den. Vid. lib. ord. Nro. 118.

VIII kal. Jacobi apostoli Christofori. **Dominus Vlricus de Schoenegg Episcopus huius ecclesie obiit. Vid. lib. ord. Nro. 91.**

Ludwicus quondam viceplebanus huius ecclesie obiit. qui dedit nobis VI lib. den.

VII kal. **Item Hertlin Kummer Castenarius In Strubingen obiit qui dedit nobis XXV lib. den.**

De Lebsingen dari debent Centum casei.

Vlricus laicus obiit qui dedit hubam vnam in Rochlingen. inde dantur II maltera tritici.

Agelhart decanus obiit qui dedit predium in Stainhain et hoc spectat ad prepositaram.

VI kal. Anne matris marie. **Dominus Syboto de sancto Johanne obiit qui dedit Capitulo XVIII lib. den.**

Julius.

Festum beate Anne celebratur sollempniter cum Cantoribus. Vid. lib. ord. Nro. 30.

Dominus Werenhardus de Seuelt Canonicus obiit. Vid. lib. ord. Nro. 32.

V kal. Pantaleonis martiris. Magister Arnoldus Plebanus ecclesie augustensis ordinauit celebrari festum sancti Pantaleonis cum campana chori sollempniter et pleno officio nouaque Sequencia.

Vxor Hiltprandi de Oetingen obiit in cuius anniuersario datur vrna vini et maltera tritici de quibusdam bonis In Oetingen. Cunradus dictus Walkircher expediet.

IV kal. Marthe virginis. Eberhardus de Aisteten socius chori obiit qui pro remedio anime sue dedit nobis VIII lib. aug. Vnde optinuit hodie dari X sol. tantum Canonicis et vicariis presentibus qui interfuerint misse pro defunctis quos denarios procurator domorum de instita penultima uersus perlaicum et mensa panificum ante eandem institam sita singulis annis dare debet.

III kal. Abdon. et Sennes. Magister Cuno de Kirchain Medicus obiit qui dedit Capitulo VI lib. den.

Embrico Episcopus ecclesie augustensis obiit qui dedit X hubas in Aittingen cum selilant et ipse tumulatus est ante crucem.

Aaron prepositus obiit qui dedit II hubas in Bridrichen.

II kal. Berchtoldus Hurenlochensis obiit qui ordinauit nobis dari VIII sol. qro vrna vini ex domo residencie sue que quondam fuit hirenlinne.

Item ex eadem domo dantur nobis VIII sol. In anniuersario agnetis uxoris eiusdem que obiit Johannis Baptiste. Vide mens. Jun. in die sancti Joan. Bapt.

Augustus.

Kal. Vincula sancti Petri. Dominus cunradus Wilbach socius chori ordinauit. quod plenum officium de corpore Christi decantari et celebrari debet in choro mense presenti die vna qua ministri altaris id fieri ordinauerint. Vid. lib. ord. Nro. 108.

Memoria Sifridi episcopi et seruicium fratribus dabitur.

Herman subdiaconus obiit qui dedit hubam I in Vsterspach.

Marquardus Laicus obiit qui dedit predium in Hetenningen.

Anno domini Millesimo CCCC decimo in die vincula sancti Petri obiit magister cunradus Flieger canonicus huius ecclesie. Vid. lib. ord. Nro. 124.

Hoc festum sancti Petri celebratur sollempniter cum pleno officio. Vid. lib. ord. Nro. 10.

Dominus H. de Buorun sacerdos altaris obiit qui dedit nobis X lib. den. aug.

IV Non. Stephani pape. Hainricus Auicula obiit qui de*dit* nobis VI lib. den.

Agnes mater domini de Zeringen öbiit.

III Non. Inuencio sancti Stephani. Festum Inuencionis sancti stephani celebratur sollempniter cum pleno officio et campana chori.

Agnes mater domini H. militis dicti de Hailigrab et Erhardus frater suus obierunt. Vid. lib. ord. Nro. 90.

II Non. Octaua sancte Anne. Hic due vrne uini dantur de bonis in affeltrach.

Non. Oswaldi. Afre et aliorum. Vlricus prepositus de Osternaittin obiit. Gerdrudis quoque relicta ipsius dabit nobis hodie VIII sol. den. pro urna vini. Ea vero mortua cedit nobis annus mortis prebende sue et insuper heredes sui dabunt nobis II lib. den. aug. et tunc celebrabimus anniuersarium utriusque.

Augustus.

Anno domini MCCCCLXXXIV obiit Anna de Freiberg nata de Adeltzhausen. Vid. lib. ord. Nro. 220.

Otto Comes obiit qui dedit hubam I in Almaeringen. et hec spectat ad prepositaram.

Anno domini MCCCXVII dominus Cunradus de Randegg Custos huius ecclesie uolens officium diuinum augmentare, procurauit ut festum sancti afre et aliorum sanctorum huius diei sollempniter celebretur cum campana chori et ideo constituit dari a quolibet custode qui pro tempore fuerit XXVI sol. den. aug. de Curia in Gablungen sita quam colit dictus Niumair ibidem et quam conquisiuit a Johanne dicto Ralacher et fratre suo Liupoldo pro XXIX lib. den. aug.

In die sancti Oswaldi obiit Cunradus breuis auicula qui dedit nobis XV lib. den. aug. que date sunt in edificatione noue domus sub institis quam inhabitat Luzor.

VIII Idus. Transfiguracio domini. Cunradus Laicus obiit qui dedit II hubas in Bessenaker.

Anno domini MCCCLXXX. In vigilia sancte Afre martiris obiit Kunrat dictus Roechlinger ciuis augustensis qui dedit nobis et capitulo nostro XII lib. den. monete usualis.

VII Idus. Afre martiris. Donate episcopi. Anno domini MCCCCLXIV Obiit Adelhaidis Heutschin dicta obstetrix de Vlma. Vid. lib. ord. Nro. 211.

Diepoldus comes obiit qui dedit V hubas in Ameruelt et Waltstat.

Item Adelbero subdyaconus obiit qui dedit predium in Guntzburg quod uenditum est pro pecunia data in emendo predio Biberbach.

Elizabeth uxor Magistri Vlrici dicti Hofmair dedit nobis VI lib. den.

Abbas sancti Vdalrici dat hodie II vrnas latini uini et XII oues.

Augustus.

VI Idus. Cyriaci et sociorum eius. Anno domini MCCCLXXX in Crastino die sancte Afre martiris obiit Marquardus dictus Schrenk ciuis augustensis qui dedit nobis et capitulo nostro XII lib. den. monete usualis.

Tuotecha dicta Semlerin obiit que cum uiro suo donauit ecclesie predium quoddam iuxta macellam, de quo predio soluuntur annuatim II lib. et X sol. Item domum sitam in contracta sancti Leonhardi.

Adelhaidis mater Cunradi Brueningi obiit pro cuius anniuersario dedit nobis C. filius suus VII libras cum dimid. den.

V Idus. Vigilia. Gotzsoldus obiit de quo dantur X sol. presentibus et I sol. ministris ex bonis nobis ad hoc delegatis a domino Wolf. episcopo. Vid. lib. ord. Nro. 5.

Sigeuolk laicus obiit qui dedit hubam I et dimidiam In Gershouen. inde dantur XII sol. den. tantum presentibus. hoc oblaium dat. h. de Beringen uel Marquardus de Beringen.

Gebeno laicus obiit.

In vigilia sancti Laurencii obiit Hainricus burggrauii pater domini Vlrici Burggrauii decani. Vid. lib. ord. Nro. 118.

IV Idus. Laurentii martiris. Dominus Vdalricus de freuntsperg Episcopus Tridentinus. Vid. lib. ord. Nro. 282.

Anne domini MCCCLXXXVII Katherina domicella dicta Ilsungin dedit nobis et capitulo nostro LX florenos.

Festum beati Laurencii martiris celebratur sollempniter cum cantoribus sicut in festo apostolorum. Vid. lib. ord. Nro. 198.

III Idus. Tyburcii martiris. Anno domini MCCCLXXXVII in crastino sancti Laurencii obiit dominus Otto de Sunthain prepositus ecclesie augustensis. Vid. lib. ord. Nro. 123.

Augustus.

Wikmannus Munaerius et Irmilgardis uxor sua obierunt qui dederunt nobis domum iuxta portam que dicitur Saebs in tor sitam.

Cunradus dictus Gumlun obiit. Vid. in Vigilia Symonis et Jude.

II Idus. Hylarie. In festo sancte Hylarie dantur due lib. den. in Missa ex ordinacione domini Johannis dicti kostenzer.

Hodie datur vrna uini de domo haerpferii.

Werenherus aduocatus obiit qui dedit II hubas in Ruotin.

Hic habetur processio ad Capellam sancte Hylarie prope chorum occidentalem In II vesperis cum Resp. et Magnificat. Vid. lib. ord. Nro. 10.

Idus. Ypoliti et sociorum eius. Dominus Burchardus de Tettingen Canonicus huius ecclesie dedit Capitulo XXII lib. cum dimid. lib. denariorum ob remedium anime sue et parentum suorum.

Memoria Syfridi de Algishusen.

Hainricus Laicus obiit qui dedit dimidiam hubam in Rote. de hac et de predio in kemenaten dantur X malt. tritici.

XIX kal. Sept. Eusebii Vigilia. Dominus Cunradus Burggrauii Canonicus huius ecclesie obiit in vigilia assumpcionis beate marie virginis. Vid. lib. ord. Nro. 118.

Dominus Cunradus Berger canonicus augustensis ordinauit publicam missam In vigilia Assumpcionis beate virginis Marie. Vid. lib. ord. Nro. 144.

Wigolt laicus obiit qui dedit dimidiam hubam in hattenhouen. de hac et de quibusdam hubis in Wulfrichshusen. Inde dantur XV malt. tritici.

Syboto augustensis ecclesie Episcopus obiit qui dedit huic ecclesie curiam iuxta pistrinum dominorum. Inde datur hodie urna uini et maltera tritici. Seuelt in Cesarea.

XVIII kal. Assumpcio sancte marie virginis. Hodie dabit sacerdos sancti Galli urnam vini de predio in Rumelstal.

Augustus.

Hermannus auicula iunior obiit qui dedit nobis X lib. den. aug.

Cunradus Fundeno et Agnes uxor eius. Vid. lib. ord. Nro. 62.

Dominus Johannes staudach ordinauit post II vesperas Assumpcionis processionem ad altare sancti Cunradi Episcopi. Vid. lib. ord. Nro. 195.

XVII kal.

XVI kal. Octaua sancti Laurencii. Egno subdiaconus obiit qui dedit hubas VIII in Egge cum tota ecclesia et duobus Molendinis Pratis siluis et pascuis et hec spectant ad preposituram.

Cunradus sparrer obiit qui dedit nobis X lib. den. in edificatione domus nostre sub institis in cono uersus mensas panificum.

Mehthilt uxor dicti Rucher obiit que dedit nobis VI lib. den.

XV kal. Agapiti martiris. Sabia filia dicti Welser uxor *quon*dam Hainrici dicti Vogelin obiit que dedit nobis VI *lib. den.*

Engelmar dyaconus obiit qui dedit dimidiam hubam in houeheim. hanc habet conductor uini Bozanici.

Otto palatinus obiit qui dedit hubam I in Hugelmeshart.

XIV kal. Anno domini MCCCLXIX obiit. Fridericus dictus Vetzelman, Notarius domini episcopi qui dedit nobis XXXIV lib. den.

Marquardus Socius chori dictus Magister frugum obiit. Vid. lib. ord. Nro. 63.

XIIII kal. Berenhardi abbatis. Festum beati Bernhardi ordinauit dominus Petrus kraeler. Vid. lib. ord. Nro. 112.

Agnes obiit.

Memoria Hainrici kamerarii et datur urna uini.

Augustus.

Anno domini MCCCLXXXVII. In die sancti bernhardi obiit dominus **Petrus** in anteriori cripta socius chori. Cuius executores dederunt nobis et capitulo nostro C. et X lib. den. in prompta et parata pecunia monete usualis.

XII kal. **Walther** presbiter obiit qui dedit hubam I in **Epinshouen**. inde dantur II malt. tritici.

Item **Marquardus** Laicus obiit qui dedit dimidiam hubam in **aittingen**. Inde datur malt. tritici.

Elena uxor magistri **Alberti** medici obiit que dedit Canonicis vrnam uini ut in anniuersario eius missa pro defunctis celebretur.

Ulricus dyaconus obiit qui dedit fratribus ecclesiam In **Attenburen** et hubam I in **Lovbun**.

Ulricus obiit de quo dantur X sol. den. presentibus ministris I sol. ex bonis ad hoc nobis delegatis a domino **Wolf.** episcopo.

XI kal. Octaua sancte marie virginis. Anno domini MCCCXXXVII obiit Fridericus de **Schnait** Canonicus huius ecclesie. Vid. lib. ord. Nro. 65.

Anniuersarium domini Joannis de **Deytzaw** canonici et plebani In **Strubingen**. Vid. lib. ord. Nro. 255.

Hodie datur Cantoribus I sol. Ministris I sol. Notario chori II den. de Curia in **Buoche**.

Anno domini MCCCCLXXV dominus Johannes **Schmoeczel** socius chori dedit in die sancti Augustini capitulo XVI lib. XIII sol. et IV den. August. vt in mattutinis octaue assumpcionis beate marie deinceps detur vna presencia vt alie presencie distribuuntur.

Ulricus Laicus obiit qui dedit hubam I in **Bunnenbach**. Inde datur maltera tritici.

Berchtoldus dictus **Boelam Irmelgardis** quoque Relicta ipsius dedit nobis X lib. den. in bonis nostris in **Grabun** emptis a dominis de **Haldenberch**.

Augustus.

X kal. Vigilia. Anno domini MCCCLXXXXVIII obiit dominus Hainricus de Knoringen Canonicus huius ecclesie in vigilia Sancti bartholomei apostoli. Vid. lib. ord. Nro. 98.

Gerdrut uxor Mangoldi fabri obiit et datur urna uini. Vid. in die Sancti Joan. ante port. lat.

Sifridus episcopus ecclesie augustensis obiit. Vid. lib. ord. Nro. 64.

Anno domini MCCCLXX primo In vigilia Bartholomei apostoli obiit Albertus dictus Stainhuof quondam prepositus minor in Strubinga. Qui Capitulo augustensi legauit et in parata pecunia donauit LX lib. den. dapsilium.

IX kal. Bartholomei apostoli. Anniuersarium Berchtoldi de Stain canonici.

Liutfrid dictus Riedrer obiit qui dedit nobis VI lib. den. Inde dantur X sol. den. in missa pro defunctis presentibus tantum.

Cunradus de Rechberg Summus prepositus obiit. Vid. lib. ord. Nro. 66.

Anno domini MCCCCXXXV in die bartholomei apostoli, obiit Elisabeth dicta Schrenkin. Vid. in die sancti Alexii.

VIII kal. Genesii martiris. Hainricus de Friberch huius ecclesie canonicus obiit qui dedit nobis oblaium suum in Vertingen, quod annuatim soluit II mod. siliginis cum dimidio III mod. auene et VIII sol. den.

Margareta dicta Blossin obiit qui dedit nobis VI lib. den.

VII kal. Anno domini MCCCXXXXVIII obiit Wolframus de Niuenhusen quondam canonicus huius ecclesie. Cuius executores dominus Georius Hochschlitz et dominus Hainricus de Hauluingen dederunt nobis et capitulo nostro LXX florenos rinenses.

Dominus Hainricus Burggrauii Canonicus huius Ecclesie obiit. Vid. lib. ord. Nro. 160.

Billunch subdyaconus obiit qui dedit dimidiam hubam in Aichiloch inde datur malt. tritici.

Augustus

VI kal. Abundi Martiris et aliorum. Albertus de Burgaw obiit qui dedit nobis XX lib. den.

Memoria Wolfhardi de Rot, de qua datur vrna uini.

Arnoldus dictus Mundoffen de Tuemingen obiit qui dedit nobis X lib. aug.

Irmelgart obiit que dedit vnam hubam in baibenhain.

V kal. Augustini episcopi. Festum sancti Augustini. Vid. lib. ord. Nro. 45.

Cunradus Campanator socius chori obiit. Vid. lib. ord. Nro. 67.

Dominus Berchtoldus de Ruetin huius ecclesie Canonicus obiit.

IV kal. Decollacio sancti Johannis Baptiste. Decollacio sancti Johannis baptiste celebratur sollempniter cum cantoribus. Vid. lib. ord. Nro. 19.

Dominus Sifridus de Stainhain Canonicus huius Ecclesie Obiit. Vid. lib. ord. Nro. 68.

Dominus Berohtoldus Minister altaris obiit qui dedit Capitulo XV lib. et XIII sol. den. Et redditus VIII sol. de habitacione sua, quam multum meliorauit.

Joannes Gossolt canonicus. Vid. lib. ord. Nro. 258.

Walkun laicus obiit qui dedit hubam I in Hugenhusen.

III kal. Felicis et Adaucti. Berchtoldus Abbas In Aelchingen obiit de quo dantur X sol. den. presentibus et I sol. ministris de bonis ad hoc nobis delegatis a domino Wolf. episcopo.

Magister Arnoldus plebanus dedit Capitulo XX lib. den. ut in die sanctorum Felicis et Adaucti habeatur plenum officium ut de martiribus et campana chori.

II kal. Chunradus Bentzinger socius chori obiit qui dedit Capitulo XXXI lib. den. Item dedit redditus XIII sol. sociis chori pro consolacione ex domo chunradi pellificis In Laugingen quam nunc tenet maritus filie herminne.

Adelhait obiit que dedit II hubas in Ledern.

September.

Kal. Egidii confessoris et aliorum. Memoria Sifridi episcopi et seruicium fratribus dabitur.

Magister Cunradus Scriba obiit et datur vrna vini ex domo ipsius lapidea. Vid. lib. ord. Nro. 24.

Anna de Elrbach natione de westersteten obiit. Vid. lib. ord. Nro. 156.

Hainricus Zusmarhuser Vicarius etc. Vid. lib. ord. Nro. 69.

Dominus cunradus wilbach socius chori ordinauit quod plenum officium de corpore Christi decantari et celebrari debet in choro mense presenti die una qua ministri altaris id fieri ordinauerint. Vid. lib. ord. Nro. 102.

Festum sancti Egidii celebratur sollempniter ut de apostolis ex ordinacione magistri Burchardi plebani.

Anno domini MCCCC vicesimo In die sancti Egidii obiit *hainricus* Mag vicarius chori et sacerdos altaris. Cuius Executores dederunt nobis et Capitulo nostro VI lib. den. aug. vt singulis annis In anniuersario suo eius sepulchrum visitetur cum placebo Et de mane cum missa pro defunctis cum distribucione presencie ut moris est.

IV Non. Antonini martiris. Otto dictus Bermuller sacerdos et socius chori obiit in die sancti anthonini martiris. Vid. lib. ord. Nro. 104.

Dominus Hainricus miles dictus de sancto Sepulchro obiit cuius Relicta dedit nobis XX lib. den.

Hic celebratur Anniuersarium Magistri Hermanni Decani. Vid. lib. ord. Nro. 70.

Rupertus Zeller Canonicus Augustensis obiit. Vid. lib. ord. Nro. 164.

September.

III Non. Hainricus dictus Werder Socius chori obiit cuius executores dederunt nobis XXV lib. den.

Hainricus secundus episcopus obiit qui dedit XV hubas.

II Non. Dominus iohannes widenman obiit. Vid. lib. ord. Nro. 248.

Cunrat Laicus obiit.

Hic celebratur anniuersarium patris et matris domini Wilhelmi dicti Rembot sollempniter.

Dominus Cunradus Miles Dux de Tegg obiit qui dedit nobis XXX florenos.

Anno domini MCCCCLXXVIII Obiit venerabilis vir dominus Otto de Schaumberg canonicus ecclesie Augustensis ac prepositus ecclesie sancti Mauricii in Augusta. Vid. lib. ord. Nro. 200.

Sciendum est quod quarta die mensis septembris celebratur anniuersarium patris et matris domini Eglolfi de Knoringen cum quatuor presenciis et pro candela XXXIV den. et pro voruss nichil. Vid. lib. ord. Nro. 125.

Nonas. Diemar Laicus obiit qui dedit II hubas In Luternbach. inde datur malt. tritici.

Magister Apperuinus phisicus obiit qui dedit nobis XVII lib. den. aug. in empcione bonorum in Otmarshusen.

Hermannus Noerdlinger obiit ciuis Augustensis. Vid. lib. ord. Nro. 184.

VIII Idus. Magni confessoris. Hilprandus Marscalus de Byberbach Canonicus huius ecclesie dedit nobis XXI lib. den.

Johannes Stolzhirs ciuis augustensis obiit qui dedit nobis VII lib. den. cum dimidia.

In die sancti Magni dantur due presencie ex ordinacione Cunradi schenk canonici in mattutinis et in officio. Vid. lib. ord. Nro. 129.

Vdalricus Voelk canonicus.

September.

VII Idus. Regine virginis. Elysabeth uxor alberti quondam vicedomini de Strubinga. Vid. lib. ord. Nro. 59.

Cunradus dictus Wakernitz obiit de quo dantur X sol. presentibus Ministris I sol. ex bonis ad hoc nobis delegatis a domino Wolf. episcopo.

VI Idus. Natiuitas sancte marie virginis. Hainricus Herpfer socius chori obiit de quo dantur XV sol. den. ex Capella sancti Antonini.

Hodie datur de Gablungen I vrna vini de ordinacione hainrici decani de Menchingen beate marie.

Item Cunradus Fundeno et agnes uxor eius disposuerunt hodie dari de supradictis ortis VIII sol. den. pro urna uini. Et vicariis I sol. et scolaribus I sol. den. pro tortellis.

In primis vesperis Beate marie virginis datur vna presencia ex ordinacione domini Wilhelmi Peuscher Canonici.

Dominus Hainricus Bursnarius ordinauit, festum Natiuitatis beate marie virginis celebrari sollempniter per octauam.

V Idus. Gorgonii martiris. Memoria Sifridi de Algishusen et datur urna vini et I sol.

Marquart subdiaconus obiit qui dedit hubam I in Husen. Inde datur I maltera tritici.

IV Idus. Yta soror Rudgeri dicti Zeller. Vid. lib. ord. Nro. 8.

Dominus Gotfridus de Stainhain Canonicus huius ecclesie obiit. Anno domini MCCCLVIII. Vid. lib. ord. Nro. 68.

III Idus. Prothi et Jacinti Martirum.

II Idus. Syri episcopi. In festo sancti Syri Episcopi dantur in Matutinis XVII sol. den. Et in missa XVIII sol. den. Ministris I sol. Ex ordinacione domini Chunradi de Randeck Custodis de bonis in Tanhusen uel de aliis nouis bonis. Vid. lib. ord. Nro. 4.

Idus. Sifridus augustensis ecclesie prepositus obiit qui libros quam plurimos contulit huic ecclesie et Curiam vnam in

September

Berge ex cuius prouentibus custos qui pro tempore fuerit II lampades ardentes die noctuque ante altare beate Marie virginis ibi debet ordinare.

Hainricus Longum pallium obiit qui dedit nobis VI lib. den.

Anno domini MCCCCXX. In vigilia Exaltacionis sancte Crucis obiit Adelhaidis de hailigrab Relicta Eberhardi de Korbach militis. Que prius dedit nobis et Capitulo nostro emere curiam ipsius in kyssingen Quam coluit dictus Weiss ut patet in litteris desuper datis. In qua empcione promisimus ipsi celebrare anniuersarium ipsius de sero cum maioribus vigiliis et placebo et mane cum minoribus vigiliis et missa pro defunctis in quibus omnibus distribui debent due presencie more solito et consweto. Et nocte visitari debet sepulcrum Hainrici de Hayligrab militis patrui ipsius.

XVIII kal. Octobris. Exaltacio sancte Crucis. Dominus Cunradus Berger Canonicus Augustensis ordinauit publicam missam In Exaltacione sancte Crucis. Vid. lib. ord. Nro. 144.

Hodie dominus decanus dabit I urnam uini et sociis I soll de oblato Hainrici de Zusmerhusen. Vid. lib. ord. Nro. 69.

Anno domini MCCCCXXIX in die Exaltacionis sancte crucis obiit Andreas Steck Junior. Vid. lib. ord. Nro. 151.

Est sciendum quod anno domini MCCCCV dominus Christoforus dictus nobis socius cori et minister altaris ecclesie augustensis disposuit et ordinauit tricesimum diem festi assumpcionis beate marie uirginis pleno officio et omni sollempnitate ut in die ipsius exceptis processione et pulsacione que fiat ut in festis apostolorum in prefata ecclesie annuatim peragi et celebrari. In cuius quidem festo procurauit distribui Canonicis et vicariis presentibus tantum et actualiter in diuino officio constitutis quatuor florenos rinenses antiquos de bursa uel de nouis bonis pro quibus dedit Capitulo LX florenos rinenses antiquos auri boni et ponderis legalis.

September.

XVII kal. Octobris. Sancte marie et aliorum. Hainricus dictus Wisslingen ciuis augustensis obiit qui dedit nobis VI lib. den. aug. in edificacione domus Schongawarii calcistoris site inter dictos Wismaler.

Hainricus de Zipflingen Aistetensis Episcopus et Canonicus huius ecclesie obiit qui dedit dominis prebendam suam et illa uendita fuit pro LX marcis argenti et hee date fuerant in empcione domus institarum.

XVI kal. Eufemie virginis et aliorum. Dominus Rudolfus de Westerstetten Canonicus Et scolasticus huius Ecclesie obiit. Vid. lib. ord. Nro. 185.

Rudolfus prepositus in Fusun obiit de quo dantur X. sol. den. Ministris I sol. den. ex bonis ad hoc nobis delegatis a domino Wolf. episcopo.

XV kal. Lamperti episcopi et martiris. Memoria H. Kamerarii et datur vrna uini.

Burchart Laicus obiit qui dedit predium in Gletenwing inde datur I malt. tritici.

XIV kal. Dietrich subdiaconus obiit qui dedit hubam unam In heseloch. inde datur I maltera tritici.

Albertus Stoltzhirs obiit qui dedit nobis VI lib. den.

Adelhaidis dicta Birmiterin obiit que dedit nobis ortum suum super locum qui dicitur Schlabuhel quem colit dictus Lutschair soluentem annuatim. Lib. den. aug.

XIII kal. Hainricus Laicus obiit qui dedit Renboldeshouen fratribus in oblacionem. Inde dantur XXX maltera tritici.

Hic celebratur anniuersarium patris et matris domini andree dicti steck, canonici ecclesie augustensis. Vid. lib. ord. Nro. 151.

Margareta Relicta dicti halm obiit que dedit nobis VII lib. den. in empcione bonorum in Otmarshusen.

XII kal. Vigilia. Memoria Swigeri Plebani in Gisenhusen de qua dantur Canonicis II vrne uini et Sociis de choro IV sol. den. de quodam molendino et aliis bonis ibidem sitis.

September.

Anno domini MCCCCLXXXI Obiit in vigilia Mathei Apostoli egregius vir dominus Petrus Puechler decretorum doctor canonicus ecclesie Augustensis. Vid. lib. ord. Nro. 259.

Johannes portner obiit qui dedit nobis VI libras den.

XI kal. Mathei apostoli et Evangeliste. Cunradus Fundeno qui dedit Supradictos ortos Obiit.

Item Winther Laicus obiit qui dedit predium in Wulach cum omnibus ad id pertinentibus et molendinum ibidem. Inde datur I den.

X kal. Mauricii et sociorum eius. Sifridus decanus et prepositus sancti Mauricii obiit qui dedit fratribus marcas XXX.

Festum sancti mauricii celebratur solemniter cum campana chori ex ordinacione domini leonhardi gessel, Vid. lib. ord. Nro. 221.

Agnes uxor quondam Cunradi Longi apud sanctum Mauricium obiit.

IX kal. Tecle virginis. Hainricus Wilhaimer ciuis augustensis obiit qui ordinauit dari de domo residencie sue X sol. pro remedio anime sue.

Otilia dicta schmetzerin dedit nobis et capitulo nostro sex florenos vngaros. Inde dantur hodie in anniuersario Hainrici mariti sui X sol. den. in Missa pro defunctis presentibus tantum.

VIII kal. Irmelgardis dicta Alpershouerin obiit et datur vrna uini. Vid. Non. Maii. Et ista peccunia datur ex domo Al. Luceronis.

Memoria Wolfhardi de Rot et datur vrna uini.

Hedwigis obiit que dedit nobis predium in Barre apud ebenhusen uidelicet curtile et pratum cum X agris. inde dantur IV sol. den.

Hainricus obiit qui dedit curiam in Nivsaeze. inde dantur II malt. siliginis.

September.

VII kal. Liutfrit **Stolzhart** obiit qui dedit nobis V lib. den. inde datur hodie vrna uini. Item dedit nobis III lib. den.

VI kal. **Hermannus** filius **Alberti** medici obiit qui dedit Canonicis tres urnas uini quarum vna datur In anniuersario patris sui. Altera in anniuersario matris eius. Tercia uero in anniuersario suo. Quas magister **Salomon** de domo apothece ministrare debet quousque ecclesie de predio III urnas vini soluentes plenarie prouidebit.

Marquart Laicus obiit qui dedit II hubas cum dimidia et talentum. Inde dantur X oues et I malt. tritici.

Hic celebratur anniuersarium patris et matris et omnium parentum domini Johannis dicti **kostenczzer**.

V kal. Cosme et Damiani. Magister **Salomon** medicus ut festum Cosme et Damiani cum pleno officio celebretur procurauit in eodem festo dari singulis annis ex lapidea domo Apothece XXIV sol. den.

Vzman laicus obiit qui dedit hubam I in **Berge**, et de predio *in* **Erlingen** dantur IV lib. in purificacione sancte Marie *et nunc* XV malt. tritici.

Anniuersarium domini Gotfridi **Harscher** decani. Vid. lib. ord. Nro. 276.

IV kal. Dedicacio Venczlai. **Sifrid** miles de **Stulen** dedit alteram dimidiam hubam in **vorchach** inde datur quamdiu uiuit malt. tritici et post obitum suum similiter vrna uini. Quicunque pro tempore fuerit Plebanus habebit hec.

Liupoldus dictus ceruus obiit pro cuius anime remedio **Cunradus** filius suus dedit nobis ortum eo pacto vt ipse teneat eundem ortum pro tempore uite sue eo uero defuncto redeat ad ecclesiam.

Agnes filia Cunradi de **Rieden** obiit.

Relicta quondam chunradi dicti **Gutenwillen** dedit calicem bene deauratum.

September — October.

III kal. Michahelis archangeli. In festo sancti Michahelis dantur ex bursa VIII sol. den. ad oblaium pro vrna vini de decimis in agenwang et in langenreichen. Vid. lib. ord. Nro. 161.

Dominus Vlricus Kamerarius de Weltenburg miles obiit qui dedit nobis curiam in Huerblingen.

Liupoldus iunior dictus Sroter dabit nobis hodie X sol. aug. de cellariis et cubiculis inter sartores et si negligens fuerit in solucione per triennium eadem bona ad nostram possessionem sine contradictione deuoluentur.

Ordinacionem domini Joannis de Deytwesaw plebani in Strubingen. Vid. lib. ord. Nro. 256.

II kal. Jeronimi presbiteri. Mechthildis filia Grimoldi obiit que dedit nobis X lib. den. in empcione bonorum nostrorum in Ashain, Holtzhain et Althain.

Hodie dantur VI lib. aug. de domo calceatorum.

Hodie dat Plebanus in Wilbach VIII sol. pro urna uini.

Gista uxor C. prefecti obiit et datur vrna uini de orto ipsius ante curiam Bruelaeril. Quandocunque vero heredes ipsius nobis dederint V lib. tunc eadem urna ex censu domorum nostrarum dari debet.

Hainricus dictus Berna obiit.

October.

Kal. Remigii episcopi. Memoria Sifridi episcopi et seruicium fratribus dabitur.

Anno domini MCCCXCVIII. In die sancti Michahelis obiit dominus paulus dictus Swartz socius chori. cuis executores dederunt nobis et capitulo nostro IX florenos.

Hainricus dictus Stolzhart obiit.

October.

Rudger subdyaconus obiit qui dedit curiam in Borge. Inde datur I maltera tritici.

VI Non. Leudegarii episcopi. Anno domini MCCCCLXIV in die leudegarii episcopi obiit Johannes Grunbach ciuis Augustensis. Vid. lib. ord. Nro. 180.

Anno domini MCCCCLXVII feria sexta post Michahelis Obiit Lucas Rem ciuis vlmensis. Vid. lib. ord. Nro. 236.

Hainricus laicus obiit qui dedit hubam I in Erlingen inde datur den. I.

Sciendum est quod domina Dorothea dicta Remin dedit nobis et capitulo nostro IX florenos. Inde dantur nobis hodie in anniuersario Egidii dicti Norlinger quondam Mariti sui X sol. den. in Missa pro defunctis presentibus tantum.

Maechtildis de Munstern obiit de qua dantur X sol. den. presentibus et I sol. ministris ex bonis ad hoc nobis delegatis a domino Wolfhardo episcopo. Vid. lib. ord. Nro. 5.

V Non. Supplicii et Seruiliani. Hainrich Archidyaconus *obiit qui* dedit hubam I in Grabrehteshouen inde datur vrna vini que nunc commutata est pro huba in Langenrichen.

Otto de Strubinga uicedominus ducis obiit qui dedit nobis hubam I in Parcsteten que soluit annuatim tres Scafas siliginis III scafas auene dimidiam lib. pro porco. Item de quadam domo dicta von dem hus an dem margt LX den. hec omnia in denarios computata ad communes vsus prebendarum in vino et pane conuertantur Et cantari in sero et in mane debet uigilia cum missa pro defunctis. Hoc oblaium procurabit prepositus Strubingensis.

IV Non. Franciscus. Anno domini MCCCCLXXVII. Obiit honorabilis vir dominus Ludwicus Guarstemprey socius chori. Vid. lib. ord. Nro. 254.

Festum sancti Franciscii sollempniter celebratur ut de apostolis. Vid. lib. ord. Nro. 37.

October.

Obiit dominus wilhelmus de **Degenfeld** canonicus ecclesie Augustensis. Vid. lib. ord. Nro. 218.

Anno domini MCCCLXIX obiit dominus Waltherus dictus **Hochschlicz** Episcopus ecclesie augustensis. Vid. lib. ord. Nro. 71.

Elisabeth **Ridlerin** obiit vxor Marci **Ridler**. Vid. lib. ord. Nro. 141.

Item Notandum quod anno domini MCCCLXXX. Tercio sexta ante festum sancti Galli dominus Cunradus dictus **Schurlin** de **Gundelfingen** vicarius chori nostri dedit Capitulo nostro XLII lib. den. in Moneta tunc dapsili et currente pro remedio anime sue et antecessorum et successorum suorum.

III Non. **Hermanus** presbiter et custos obiit qui dedit predium in **Gabelungen** et thesaurum ecclesie in multis ampliauit. Inde datur I maltera tritici.

Berchtoldus **Vaelmannus** senior obiit qui dedit nobis V lib. den. in recuperacione lapidee domus institarum. Inde procurator domorum dabit hodie X sol. den. presentibus tantum.

II Non. Fidis virginis. Hic celebratur anniuersarium patris et matris domini Syfridi de **Stainhain** Canonici ecclesie augustensis. Vid. lib. ord. Nro. 68.

Mahtfrid Laicus obiit qui dedit hubam I in **Hvenswis** et hec spectat ad preposituram.

Hainricus **uogelin** filiaster dicti **Welser** dedit nobis VI lib. den. Inde dantur hodie X sol. den. In anniuersario filii sui H. **vogelin**.

Sciendum est quod agnes dicta **kremserin** dedit nobis et capitulo nostro sex lib. denariorum aug. magnarum librarum pro remedio anime sue.

Octaua sancti Michahelis celebratur sollempniter cum cantoribus. Vid. lib. ord. Nro. 181. 190.

Friderich pater Ruedgeri dicti **Zeller** obiit. Vid. lib. ord. Nro. 8.

October.

Joannes Otto episcopus obiit.

Nonas. Marcii Serii et Bachi. Woltstrigel obiit qui dedit dimidiam hubam in Berge. de hac et de alia ibidem dimidia dantur IV sol.

Anno domini MCCCCVI in vigilia assumpcionis beate marie uirginis dominus ulricus dictus Hainhofer capellanus capelle sancte Katherine uirginis et socius cori dedit nobis et capitulo nostro VI lib. den. aug.

Dominus Vlricus dictus Widerstrit socius cori obiit qui dedit nobis VII lib. den.

VIII Idus. Vlricus Kaishaimer socius chori obiit VIII Id. octobris qui dedit nobis X lib. den. aug.

Burckhardus de Freiberg canonicus. Vid. lib. ord. Nro. 252.

Memoria Sifridi de Algishusen et datur vrna uini et I sol.

VII *Idus. Dyonisii et sociorum eius.* Cunrat dux de Dachowe obiit qui dedit predium in Rechelried (Edenried) *cum ecclesia.* Inde datur vrna uini.

VI Idus. Gereonis et sociorum eius. Magister Cunradus phisicus dictus pfefflinger dedit X lib. Vid. lib. ord. Nro. 72.

Executores magistri hainrici Dueringi dederunt nobis XX *lib.* den. aug.

Anno domini MCCCCLXXIV. Obiit venerabilis vir dominus Cristannus de freiberg canonicus huius ecclesie. Vid. lib. ord. Nro. 220.

V Idus. Translacio sancti Augustini. Nota quod translacio Sancti Augustini sollempniter celebratur cum pleno officio. Vid. lib. ord. Nro. 10.

Magister Arnoldus plebanus huius ecclesie obiit. Vid. lib. ord. Nro. 73.

October.

Rudolf dyaconus obiit qui dedit curiam in Igelingen. inde datur I malt. tritici.

Magister H. dictus de Nortenberch canonicus Ecclesie Augustensis obiit qui dedit capitulo XV lib. den.

IV Idus. Vdalricus de Westersteten canonicus et plebanus In Strubingen (obiit.)

Berchtoldus minister quondam domini burchardi Plebani obiit qui dedit nobis in reparacione institarum domus nostre X lib. den. aug.

Anno domini MCCCCLXXVII obiit honorabilis vir dominus iohannes smoeczel socius chori. Vid. lib. ord. Nro. 244.

Albrecht Laicus obiit qui dedit hubam I in Schinkental. inde dantur VIII sol.

III Idus. Vlricus Zolrer obiit qui dedit nobis VI lib. den.

Hic celebratur anniuersarium domini Jacobi dicti Dot. Vid. lib. ord. Nro. 84.

II Idus. Calixsti pape. Waltherus decanus in Strubinga obiit qui dedit nobis XV lib. ratisponens. in empcione bonorum nostrorum in Asham.

Anno domini MCCCLXV obiit dominus Engelhardus de Entzberg summus prepositus in die sancti kalisti in feria VI. Vid. lib. ord. Nro. 96.

Idus. Liuther filius ducis Saxonie obiit qui dedit fratribus in oblacionem Aduocaciam In Aitingen. inde dantur II vrne latini uini.

Anno domini MCCCLXXX in vigilia sancti Galli. Obiit adelhaidis dicta Reppin que dedit nobis et Capitulo nostro XII lib. den. monete usualis.

Chunradus famulus domini eberhardi de Tumpnaw prepositi obiit qui dedit nobis VI lib. den. Inde dantur X sol. den. in missa pro defunctis presentibus.

Item Werenherus laicus obiit qui dedit hubam I in Berge. inde dantur VIII sol.

October.

Nota ordinacionem in profesto sancti Galli ad processionem domini Joannis Seibold Canonici. Vid. lib. ord. Nro. 269.

XVII kal. Nouembris. Galli confessoris. In die sancti galli obiit dominus hainricus dictus Swigger.

Maehthildis conuersa obiit que dedit nobis X lib. den. aug.

In die sancti Galli obiit Johannes Apothecarius. Vid. lib. ord. Nro. 128.

In die sancti Galli datur vna presencia ex ordinacione Cunradi schenk in mattutinis. Vid. lib. ord. Nro. 229.

Memoria Hainrici Kamrer et datur vrna uini.

In publica missa sancti galli datur vna presencia ex ordinacione domini kraftonis de Neidlingen prepositi loco nocturni qui legebatur in octaua narcissi. Vid. lib. ord. Nro. 190.

XVI kal. Anna relicta Cunradi Gollenhofer obiit que dedit nobis VI lib. den.

XV *kal. Luce evangeliste.* Vlrich Griuzlin et agnes uxor *eius* dederunt nobis ortum iuxta schlachbuhel situm *contra* pontem husen quem ortum sacerdotes altaris tenebunt *et* dabunt V sol. inde.

Obiit dominus Latislaus de Achdorf canonicus huius ecclesie. Vid. lib. ord. Nro. 216.

Adelhait obiit que dedit domum in Nordelingen.

Anno domini MCCCLXXVII obiit Cunrad dictus Angelberger cuius anniuersarium celebratur singulis annis proxima feria quarta ante diem beati Luce ewangeliste. Vid. lib. ord. Nro. 106.

XIV. kal. Januarii et sociorum eius. Arnoldus kamerarius de Wellenburch iunior obiit qui dedit nobis hubam I in Bergen. Inde datur vrna uini. Et LII semule denariate. Et sociis chori II sol. et ministris I sol.

Cunrat Sitenbekko obiit et datur vrna uini. Hiltgundis vero uxor ipsius dedit nobis annum mortis dimidie prebende sue.

October.

XIII kal. Hainrich dictus Laemblin obiit qui dedit Curiam in husen apud hochenwart, Iude dantur X sol. Ingelstatenses den. dapsilium qui dandi sunt pro vrna uini. Eandem curiam possident zacharias et ulricus frater eius et Kungundis uxor eiusdem iure personali.

Anno domini MCCCLXXXIX obiit dominus cunradus Stainenkyrch plebanus In dilingen in vigilia XI milium uirginum cuius executores dederunt nobis XXXI florenos.

Chunrat Portner Junior qui residebat in Alta uia dedit Capitulo VI lib. den.

XII kal. Vndecim milium virginum. Anno domini Millesimo CCCLXXXIV in die sanctarum XI Milium virginum obiit Johannes Gossenbrot ciuis augustensis qui dedit nobis et capitulo nostro XII lib. den. monete usualis.

Gerdrut de husen constituit hodie dari I lib. den. aug. de domo ceci balneatoris et de orto qui spectat ad eandem domum quod plenum officium hodie celebretur. In die XI milium virginum.

In mattutinis vndecim milium virginum datur vna presencia ex ordinacione Cunradi schenck canonici. Vid. lib. ord. Nro. 228.

Maehthildis uxor quondam Johannis Schongawerii iunioris obiit. inde dantur X sol. den. in missa pro defunctis presentibus.

XI kal. Memoria Wolfhardi de Rot et datur urna uini.

Executores domini Werenheri dicti de bellenberch sacerdotis et canonici huius ecclesie dederunt nobis XXX lib. den.

X kal. Seuerini episcopi. Alber laicus obiit qui dedit predium in herlaibingen. de hoc predio et de alio predio in Willenholtz dantur V lib. in festo Purificacionis.

Guta ministra quondam domini Anshalmi canonici huius ecclesie et liugardis soror de Burvn dederunt nobis VI lib. den.

October.

Vlricus plebanus dedit ortum auunculo suo cunrado Gruzzelino et suis posteris situm iuxta ortum Vlrici Griuzzelini.

IX kal. Anno domini Millesimo CCCC septimo nono kalendas nouembris obiit dominus Hainricus de haholfing canonicus ecclesie augustensis. Vid. lib. ord. Nro. 126.

Cunrat Episcopus obiit qui dedit predium in Bael et ecclesiam cum omnibus ad eam pertinentibus. Inde datur lib. ad conductum vini. Vid. lib. ord. Nro. 9.

Anno domini MCCCLXXXXVIII. In die sancti Galli obiit dominus Hainricus dictus Swigger sacerdos et socius cori. Cuius executores dederunt nobis et capitulo nostro IX florenos Inde dantur hodie X sol. den. in Missa pro defunctis presentibus tantum.

VIII kal. Crispini et Crispiniani. Vlricus dictus de Blankenburch miles obiit qui dedit curiam sitam in Binzwangen de qua datur vrna uini.

Syfridus dapifer iunior de Richen obiit qui dedit nobis curiam in hattenhouen cum iure aduocaticio.

Lucia filia dicti Kloker obiit que dedit nobis VI lib. den.

Cunradus Maguntinensis archiepiscopus pridem canonicus obiit qui stipendio suo ecclesiam ditauit.

Item Berchtoldus comes obiit qui dedit predium in Almeringen et in aliis uicis adiacentibus et hoc spectat ad prepossituram.

VII kal. Conuersio sancte Afre Amandi confessoris. Nota quod conuersio sancte Afre sollempniter celebratur cum pleno officio et campana chori. Vid. lib. ord. Nro. 10.

Dominus Haidbrandus de Haidegg canonicus ecclesie babenbergensis obiit. Vid. lib. ord. Nro. 74.

VI kal. Vigilia. Dominus Eghardus pheiner canonicus huius ecclesie obiit qui dedit capitulo prebendam mortis sue.

Hiltpurgis uxor Cunradi dicti Gumlin obiit qui dederunt nobis XII lib. den.

October.

V kal. Symonis et Jude apostolorum. Marquart laicus de Bipinesrieth obiit qui dedit XVI lib. aug. in edificacione domus calciatorum apud iudeos.

Item Hertnit obiit qui dedit II hubas in Rutin.

Anno domini Millesimo CCCLXIX In die symonis et Jude obiit dominus Hainricus Im hof canonicus huius ecclesie. Vid. lib. ord. Nro. 75.

Nota eadem die de sero in processione de sancto Narcisso ad Antiquam chorum. In antea dabitur vna presencia. Vid. lib. ord. Nro. 268.

IV kal. Narcissi episcopi. Anno domini MCCCLXXXX. In die sancti Narcissi obiit dominus Cunradus de menchingen canonicus huius ecclesie. Vid. lib. ord. Nro. 111.

Anno domini MCCLXX Marquardus de Beringen Scolasticus augustensis desuper inspiratus ordinauit ut in festo sancti Narcissi apostoli nostri X sol. de curia residencie sue quam idem de nouo construxit tam a se quam a suis successoribus persoluantur quam peccuniam ut dictum festum cum cantoribus et processione ad chorum orientalem sollempius solito celebretur distribui decreuit.

Hermannus dictus Mimminch ciuis augustensis obiit qui dedit nobis curiam in Aislingen cuius redditus in missa pro defunctis hodie inter dominos et uicarios presentes tantum et astantes in choro omnes diuidendi sunt. Post obitum uero Gerdrudis uxoris eius dimidia pars redditum in anniuersario ipsius gerdrudis in missa pro defunctis presentibus distribuatur. Et altera pars in anniuersario predicti Hermanni simili modo presentibus diuidetur excepto quod in anniuersario utriusque I sol. den. detur pro missis conparandis in monasterio.

Anno domini MCCCCLXVII obiit dominus Johannes Kanczler socius chori.

Cunradus Muting dyaconus et socius chori obiit in die sancti narcissi qui dedit nobis VI lib. den.

October — November.

III kal. Dominus bertholdus dictus Schmidkemlin obiit. Vid. lib. ord. Nro. 120. a.

II kal. Quintini et aliorum Vigilia. Dominus cunradus Berger Canonicus Augustensis ordinauit publicam missam in vigilia omnium sanctorum.

Elizabeth filia Johannis dicti dachs obiit que dedit nobis VI lib. den.

Rapoto maior prepositus et presbiter obiit qui dedit curiam residencie sue.

Item Ruprеht laicus obiit qui dedit hubam I in Laugnun et hec spectat ad prepositaram.

In vigilia omnium sanctorum obiit dominus Johannes Riedrer quondam vicarius domini Episcopi. Vid. lib. ord. Nro. 119.

Richardus Canonicus obiit qui dedit nobis annum mortis prebende sue. Inde dantur hodie XVIII sol. dominis et vicariis II sol. qui soluuntur de officio in Aitingen.

Agnes de Schongav obiit que dedit nobis ortum situm in arena contra husen soluentem singulis annis X sol. aug. Quicunque autem pro tempore fuerit plebanus erit procurator eiusdem orti et ex ipso soluet annuatim nobis VIII sol. aug. duos uero sol. sibi habebit pro labore.

November.

Kal. Festum omnium sanctorum. Memoria Sifridi episcopi et seruicium fratribus dabitur.

Anno domini MCCCCXLII. In die omnium sanctorum obiit Cunradus Minnwicz Armiger. Vid. lib. ord. Nro. 178.

Hiltprant prepositus de Ovtingen obiit qui dedit ecclesie quedam bona sita in otingen de quibus datur una vini. Et maltera tritici. Cunradus dictus Walkircher expediet.

November.

Anno domini MCCCCLXX. Obiit leonhardus langenmantel dictus Radaer. Vid. lib. ord. Nro. 241.

Hainricus dictus Rapp et adelhaid uxor sua dederunt nobis X lib. den.

IV Nonas. Eustachii et sociorum eius. Eberhart balneator obiit qui dedit V lib. den. aug. in edificacione domus calciatorum.

Item dedit dimidiam hubam in Berge apud Gailenbach. inde datur malt. siliginis.

Berhtrat obiit que dedit L. marcas argenti.

Hodie dabit decimator vrnam uini de officio suo.

Item Cunradus Fundeno et Agnes uxor eius in die commemoracionis omnium animarum ordinauerunt dari VIII sol. pro urna uini. Vicariis I sol. Scolaribus I sol. pro tortellis.

Dominus Johannes dictus Lochlin socius chori Cunradus pater suus. Adelhaidis mater sua et Salme soror sua dederunt nobis XX lib. den. aug. ut festum sanctorum Eustachii et sociorum eius cum officio pleno de martiribus et campana chori sollempniter celebretur.

III Nonas. Primini episcopi. Anno domini MCCCCXX. In crastino animarum obiit venerabilis vir dominus Fridericus Burggrauii prepositus ecclesie augustensis. Vid. lib. ord. Nro. 140.

Dominus Cunradus Cappellanus sancti Egidii obiit cuius executores dederunt Capitulo XI lib. den. et IX sol. den.

Hermannus auicula sacerdos et socius chori obiit qui dedit nobis VII lib. den.

II Non. Anno domini MCCCLXXXVIII in vigilia omnium sanctorum obiit Margareta domicella dicti Gerstin cuius executores dederunt nobis et capitulo nostro VI libras denariorum aug. magnar. lib. Inde dantur nobis hodie in anniuersario eius X sol. den. aug. in Missa pro defunctis presentibus tantum.

November.

Vlricus dictus Handlos obiit qui dedit nobis VI lib. den. aug. nouorum.

Nonas. Octaua sancti narcissi. Memoria Sifridi de Algishusen et datur urna uini et I sol.

Octaua sancti Narcissi celebratur sollempniter vt de apostolis cum tribus presenciis Domino decano I sol. Custodi I sol. cantoribus I sol. Ministris I sol. sacerdotibus altaris VI den. Cappellano sancte katherine II sol. Magistris zeche II sol. pro incensione candelarum in cancellis edituis IV. Vid. lib. ord. Nro. 181. 190.

VIII Idus. Leonhardi confessoris et aliorum.

VII Idus. Dyemo Willberg canonicus huius ecclesie obiit. Vid. lib. ord. Nro. 63.

VI Idus. Quatuor Coronatorum. Sigebreht presbiter obiit qui dedit hubam I in aichershouen. Inde dantur IV sol.

Proxima feria quarta ante festum sancti Martini episcopi celebratur anniuersarium domini Martini dicti Swinkrist. Vid. lib. ord. Nro. 116.

Octaua omnium sanctorum sollempniter celebratur cum pleno officio et cantoribus.

Agnes kettenwambasin obiit que dedit nobis V lib. den. aug. inde datur hodie urna uini de domo Luteronis.

Berchtolt laicus obiit qui dedit hubam I in Northain. inde dantur VIII sol.

V Idus. Theodori martiris. Dominus Cunradus de Ezzlingen canonicus ecclesie augustensis obiit. Vid. lib. ord. Nro. 78.

Anno domini MCCCCLII in die beati Theodori martiris obiit venerabilis dominus Magister Jodocus Holczapffel canonicus huius Ecclesie cuius quidem heredes dederunt nobis et Capitulo nostro certam pecuniam pro Anniversario suo cum duabus presenciis ut moris est.

Agnes de Laugingen obiit. Vid. VI Non. Mai.

November.

IV Idus. Martini pape. Dominus Eberhardus de Oetingen canonicus huius ecclesie obiit qui dedit nobis annum mortis prebende sue.

De curia in husen apud zusmam dantur hodie pro oblaio XII sol. den. aug.

Dominus Albertus de Enna Brixensis episcopus obiit.

Hodie datur vrna uini de decano in gundoluingen. Vid. lib. ord. Nro. 2.

De officio in altolfshain dantur IV lib. aug.

Item de officio in Egglunhouen dantur VI lib. aug.

III Idus. Martini episcopi. In die sancti Martini in missa datur I lib. den. presentibus tantum de ciue dicto Raem, quamdiu ipse et uxor sua uiunt. Et post obitum eorum in anniuersariis suis in utroque X sol. den. tantum presentibus. Et in matutinis sancti Martini vna presencia nicolaus bernyr. Vid. lib. ord. Nro. 231.

Methildis conuersa de sancto Stephano dedit nobis V lib. den. Inde dantur in semper in festo sancti martini quamdiu uiuit VI sol. den. post obitum uero eius dabitur in anniuersario suo vrna uini.

De minori officio in Annehusen IV. lib.

In hac die medietas census de domo iudeorum soluitur.

Item de Lebzkingen dari debent Centum casei.

Item de Babenhusen dantur due vrne latini vini

II Idus. Elizabeth uxor C. mensuratoris obiit. Vid. nonas Mai.

Hermannus miles de Blankenburch obiit qui dedit nouem areas in augusta. Quatuor sitas in parrochia sancti Vdalrici. Quinque vero sitas contra portam sancte crucis Inde datur vrna uini et maltera tritici. Ista debet procurare oblaiens qui fuerit pro tempore.

Item Diepolt laicus obiit qui dedit dimidiam hubam in Berge. Et hec spectat ad preposituram.

November.

Idus. Bricii episcopi. Dominus Chonradus dictus brun Canonicus sancti petri in herbipoli obiit qui dedit nobis XXII lib. den. cum dimidia.

Item Anno domini MCCCLXXIII obiit Johannes Bachs ciuis augustensis cuius filius Capitulo dedit XII lib. den. monete usualis.

Welf dux obiit qui dedit V hubas in Oetringen Inde dantur VIII sol.

XVIII kal. Decembris. Commemoracio fratrum. Rapoto maior prepositus dedit locum mensalem in foro inde dantur XX sol. ea intencione ut in priori vespera maior vigilia et in mane minor et missa pro defunctis celebretur. Ista procurabit plebanus qui pro tempore fuerit.

In commemoracione fratrum Wolfhardus de Rot Canonicus augustensis statuit dari urnam vini ut in deposicione canonicorum ad maiores vigilias cantetur venite cum Invit. Circumdederunt me. Et ut Responsoria et antiphone ad obsequias pertinentes cantentur aperte Vt per hoc Canonici ab aliis clericis discernantur.

XVII kal. Agnes uxor domini Volquini ciuis augustensis obiit et dantur nobis X sol. bonis nostris in Grabun. Vid. Id. Apr.

Dietrich laicus obiit qui dedit hubam I in Rutin inde dantur IV sol.

Anno domini Millesimo CCCLXXII obiit dominus Chunradus de Gerenberg Decanus ecclesie augustensis. Vid. libr. ord. Nro. 77.

XVI kal. Othmari abbatis. Cunrat Langus apud sanctum Mavritium ciuis augustensis obiit.

Hesso Laicus obiit qui dedit hubam I in Gabelungen. Inde dantur IV sol.

Richardus Klueber et uxor eius Anna nata de Yffau. Vid. lib. ord. Nro. 284.

November.

XV kal. Amani et Augustini.

XIV kal. Octaua sancti Martini. Memoria Elizabeth auie Hainrici Kamerarii et datur urna uini.

Memoria Wolfhardi de Rot et datur urna uini.

In vigilia sancte Elysabeth obiit dominus Johannes de Emershofen canonicus huius ecclesie. Vid. lib. ord. Nro. 118.

Gerdrud uxor Vlrici prepositi in Osternaittingen obiit et datur urna vini de bonis in affeltrach. Vid. in die s. Oswaldi.

Fridericus clericus frater villici de Lebsingen obiit qui dedit nobis bona sua in lebsingen.

XIII kal. Elisabeth vidue. Festum sancte Elizabeth sollempniter celebratur. Vid. lib. ord. Nro. 108.

Hiltprant miles de Isenbrehtzhouen dedit dimidium pratum adiacens pratis dominorum nostrorum apud Egglunhouen tali condicione ut ipse pro tempore uite sue teneat idem pratum et soluat hodie vrnam uini. Eo uero mortuo cedat integraliter ad vsus communes canonicorum.

Item Gebolf obiit qui dedit molendinum in Windach et hoc spectat ad officium caseorum.

XII kal. Anno domini MCCCCVIII in crastino sancte Elisabeth vidue obiit dominus hainricus de Elrbach Canonicus huius Ecclesie. Vid. lib. ord. Nro. 173.

XI kal. Presentacio sancti Marie. Reinhardus miles de Griesingen aduocatus ciuitatis auguste obiit qui dedit nobis X lib. den. in bonis nostris in grabun emptis a dominis de Haldenberg. Inde datur presentibus I lib. den.

Dominus Cunradus Rappolt ordinauit in festo presentacionis beate virginis in templum tres presencias. Vid. lib. ord. Nro. 143.

Anno domini MCCCCXXXVI XI kal. Decembris obiit dominus Vlricus Buechler canonicus huius ecclesie. Vid. lib. ord. Nro. 169.

November.

X kal. Cecilie virginis et martiris. Bruno dyaconus obiit qui dedit hubam I in Schrazeswank. inde datur I malt. tritici.

Anno domini MCCCLXXX in die sancte Cecilie virginis obiit Hainricus de Mulhain socius chori. Vid. lib. ord. Nro. 101.

Dominus Chunradus Risch Canonicus huius ecclesie obiit qui dedit Capitulo XXII lib. den. et X sol.

C. de Straz socius chori obiit qui dedit nobis X lib. den. aug. in empcione bonorum in Ashain.

IX kal. Clementis martiris. In festo sancti Clementis dantur presencie in mattutinis et officio. Vid. lib. ord. Nro. 247.

Prepositus sancte Gertrudis dabit hodie vrnam uini,

Item Arnolt laicus obiit qui dedit predium in Schnaitenbach. inde datur I maltera tritici.

Dictus Gaudencius sacerdos et socius plebani obiit cuius executores dederunt Capitulo VII lib. den.

Johannes de Ramingen canonicus. Vid. lib. ord. Nro. 226.

VIII kal. Crisogoni martiris. Margareta uxor marquardi *ministri* quondam domini Friderici episcopi dedit nobis VI *lib.* den.

Cunrat portner senior dedit nobis VI lib. den.

Hiltrudis uxor ottonis Hurenlocher obiit et datur vrna vini de domo scribe lapidea. Vid. lib. ord. Nro. 24.

Herman Schongawer ordinauit dari urnam uini ex domo institoris que quondam fuit Eberhardi dicti Gershouer.

VII kal. Katherine virginis et martiris. Hainricus ciuis dictus de Vlma obiit qui dedit nobis VI lib. den. aug. in bonis in erringen emptis a Kamerario de Wellenburg de eisdem bonis uel de prebendis absencium debent hodie dari X sol. tantum presentibus in missa pro defunctis.

Nos Degenhardus episcopus Eberhardus custos Krafto scolasticus. Wolframus cellerarius Burchardus de.

November.

Bach ordinavimus celebrari festum sancte Katherine sollempniter. Vid. lib. ord. Nro. 80.

Dominus Johannes Staudach ordinauit post secundas vesperas katherine virginis processionem ad altare sancti Cunradi. Vid. lib. ord. Nro. 195.

Dominus Degenhardus episcopus obiit. Vid. lib. ord. Nro. 81.

Adelhait dicta Sroetlin obiit pro cuius anime remedio. H. filius eius dedit nobis domum sitam ante domum iudeorum.

Hainricus Capellanus sancte Katherine dedit VI lib. den. Vid. lib. ord. Nro. 79.

Item Rapoto maior prepositus et presbiter dedit curtile cum orto adiacenti.

Cunradus Pluemlin minister altaris obiit in die sancte katherine virginis qui dedit nobis VI lib. den.

VI kal. Cunradi et Syricii Cunradus dictus Batsam obiit pro cuius anime remedio Adelhaidis relicta ipsius dedit nobis XXVI lib. den.

V kal. Dominus Waltherus de Lapide Canonicus huius ecclesie obiit qui dedit Capitulo curiam in Attenhofen.

Reinhardus cellerarius obiit.

Dominus Burchardus de Tettingen canonicus huius ecclesie dedit nobis XXX lib. den. vt in anniuersario fratris sui Waltheri armigeri distribuantur de sero in maioribus vigiliis XV sol. den. et de mane in minoribus vigiliis XV sol. den. et missa pro defunctis XV sol. den. presentibus.

IV kal. Liupolt subdiaconus obiit qui decreta et alios libros quam plurimos ecclesie dereliquit.

Vlricus laicus obiit qui dedit hubam I in Wulfrehtshusen. Inde dantur IV sol.

Salme dicta Koelblerin obiit que dedit nobis VII lib. den. ut hodie singulis annis in missa pro defunctis in memoriam

Novembris.

sui et H. mariti sui pie memorie de nostris nouis bonis XI sol. tantum presentibus distribuantur et I sol. ad comparandum missas.

III kal. Saturnini et aliorum. Vigilia. Anno domini Millesimo CCCC. In vigilia sancti Andree apostoli obiit anna dicta Ruprechtin. Cuius executores dederunt nobis et capitulo nostro VI lib. den. aug. magnarum librarum pro remedio anime sue et mariti sui.

Anno domini MCCCCLVIII. In vigilia beati Andree Apostoli obiit dominus Cunradus Rot. Vid. lib. ord. Nro. 205.

Albertus presbiter de sancto Egidio obiit qui dedit nobis aream residentem dom. Nidlingen. Idem dedit dominis ortum.

Item Bertoldus laicus obiit qui dedit hubam I in Epineshusen de hac et alia ibidem dantur III malt. tritici et dimidia.

Gerloch archipresbiter obiit qui dedit hubam I in Rote inde datur I malt. tritici.

Dominus Waltherus Brueler canonicus ecclesie Augustensis obiit in vigilia sancti Andree Apostoli. Vid. lib. ord. *Nro.* 137.

Dominus Johannes dictus Gunther quondam bursnarius obiit. In vigilia sancti Andree apostoli. Vid. lib. ord. Nro. 83.

Dominus Cunradus Berger ordinauit publicam missam in prima dominica Aduentus domini. Vid. lib. ord. Nro. 187.

II kal. Andree apostoli. Memoria Hainrici episcopi et seruicium de ipso dabitur II malt. tritici et II malt. siliginis et due vrne uini et VI porci. Et XII vrna ceruisie.

Item Adelbero laicus obiit, qui dedit hubam I et dimidiam. inde datur malt. tritici.

December.

Kal. Memoria Syfridi episcopi et seruicium fratribus dabitur.

Ruprebt laicus obiit qui dedit predium in aislingen et spectat ad preposituram.

Rudolfus dictus Hacg huius ecclesie canonicus obiit qui dedit nobis annum mortis prebende sue.

IV Non. Octaua sancte katherine. Vlricus de Nidlingen decanus sancti Mauricii obiit qui dedit nobis VI lib. den. in bonis nostris in Grabun emptis a dominis de haldenberch.

Nota quod octaua sancte katherine sollempniter celebratur cum cantoribus et pulsacio fiat ea de apostolis. Vid. lib. ord. Nro. 30. 262.

III Non. Memoria S. de Algishusen et datur urna uini et I sol.

Sifridus dictus Gegginger obiit qui dedit nobis V lib. den. aug. que date sunt in edificacione domus lapidee ante sanctum leonhardum. inde datur vrna vini.

Albreht laicus obiit qui dedit hubam I in husen inde dantur XII den.

Irmelgardis Swerzerin obiit. Vid. lib. ord. Nro. 84.

II Non. Barbare virginis. Anno domini Millesimo Quadringentesimo sexto in die beate barbare virginis obiit dominus waltherus schuebel prepositus huius ecclesie. Vid. lib. ord. Nro. 122.

Dominus Vlricus de kazenstain miles senior obiit. Vid. lib. ord. Nro. 82.

Sifridus secundus augustensis episcopus obiit qui dedit ecclesiam in Merdingen cum decimacione et III hubas ibidem. Et Zellam totam villam.

Festum sancte Barbare cum pleno officio. Vid. lib. ord. Nro. 17.

Decembris.

Nonas. Vlrich Sartor dictus Husghos et anna uxor eius obierunt quorum executores nobis dederunt VI lib. den.

Memoria Hainrici episcopi secundi et seruicium dabitur II malt. tritici et II malt. siliginis et II vrne uini VI porci et XII urne ceruisie. Seuelt.

Item de predio in Diezzen quod dedit Berchtoldus decanus datur hodie vrna vini et malt. tritici.

Item Adelhait obiit que dedit hubam I in Gebenhouen. inde datur I den.

VIII Idus. Nicolai episcopi. Krafto de Nidelingen Scolasticus augustensis ordinauit ut festum sancti Nycolai sollempniter celebretur cum cantoribus. Vid. lib. ord. Nro. 85.

Guta dicta Roehlingerin obiit que dedit nobis VI lib. den.

VII Idus. Octaua sancti Andree. Gebhart de Saluru dyaconus obiit qui dedit Canonicis XIIII homines promiscui sexus.

Albertus iudex in Strubingen obiit qui dedit nobis curiam in Schnvdenshouen.

Sifrit prepositus obiit qui dedit predium in Grupach et *hoc spectat* ad preposituram.

Item marquart laicus obiit qui dedit dimidiam hubam in Gershouen et hoc spectat ad officium Caseorum.

VI Idus. Concepcio sancte Marie. Gerdrudis uxor hermanni dicti Mimminch obiit. Vide in die s. Narcissi episc.

Notandum est quod anniuersarium domini Vlrici B. decani celebratur in aduentu domini ipso uiuente quacumque die uoluerit. Vid. lib. ord. Nro. 118.

Agnes Mundoffen obiit que una cum matre sua Gerdrude dederunt nobis quoddam predium inter institas.

V Idus. Hainricus Wissense socius chori obiit qui dedit nobis VII lib. den.

IV Idus. Hainricus obiit de quo dantur X sol. den. presentibus et I sol. ministris ex bonis ad hoc nobis delegatis a domino Wolf.

Decembris.

Memoria hainrici Kamrer et datur urna uini.

Werenhardus archidiaconus obiit qui dedit ecclesiam in Erringen cum omnibus ad eam pertinentibus. Inde dantur C. et XXV malt. tritici ad prebendam. Dedit eciam hubam I et inde datur den. I.

III Idus. Damasi pape. Anno domini MCCCCLVI ipsa die sancti damasi pape uidelicet vndecima mensis decembris obiit dominus Cunradus Berger Canonicus huius ecclesie augustensis. Vid. lib. ord. Nro. 144.

Dominus Geroldus de Entzberg plebanus huius ecclesie dedit Capitulo XXV lib. den. ob remedium anime sue et omnium parentum suorum. Et pro anniuersario patris et matris sue.

Hartmanus Comes de Dilingen et Wilbrigis uxor eius obierunt. Vid. lib. ord. Nro. 87.

II Idus. Johannes et Gerdrudis parentes magistri hermanni custodis sancti Mauricii obierunt vnde hodie dantur X sol. den. presentibus. Post mortem uero ipsius magistri h. datur I lib. den.

Katherina uxor Cunradi amatoris obiit que dedit nobis VI lib. den.

Idus. Lucie virginis. Rudolfus dyaconus obiit qui dedit predium in Willenholtz de quo et alio predio in Herlabingen et in Wiler dantur V lib. Dedit etiam predium in Eglingen quod uenditum est pro XXXVI Marcis.

Dominus H. ecclesie nostre Canonicus dictus Struma dedit nobis XX lib. que date sunt in solucione bonorum nostrorum in Dilingen. Inde dantur nobis annuatim II lib. aug. ex eisdem bonis vna hodie pro anniuersario h. patris sui sic distribuenda videlicet XVIII sol. canonicis et uicariis presentibus tantum. Decano I sol. Ministris I sol. Altera uero lib. datur in anniuersario matris sue domine Gute simili modo distribuenda IV Non. Maii.

Adelheidis helmin obiit. Vid. in die s. Marci Evang.

Decembris.

XIX kal. Januarii. Dominus Fridericus de Richartzhouen Canonicus huius ecclesie obiit. Vid. lib. ord. Nro. 88.

Berchta mater officialis obiit de qua dantur X sol. presentibus.

XVIII kal. Dominus hainricus quondam Capellanus hospitalis in augusta ordinauit die sabbati IV temporum post lucie dari in publica missa presentibus et astantibus tantum X sol. den. aug. et distribucio eorundem fiet post eleuacionem qui denarii dantur de bursa sicut in anniuersario ipsius capellani plenius continetur.

Cunradus de Wimpina scriba quondam domini Kraftonis prepositi obiit.

Anno domini MCCCLXXVI XVIII kal. Januarii obiit Herdegen Marschalk de Oberndorf armiger qui Capitulo dedit XL florenos vngeros et Bohemos.

XVII kal. Adelhaidis imperatricis. Hodie in die sancte Adelhaidis habetur plenum officium et datur I lib. den. de bonis in haehlingen ex hiis VIII sol. distribuendi sunt in matutinis presentibus. Marscalcus de Oberndorf.

Reinoldus obiit qui dedit nobis stacionem ciste calciatorum iuxta berlaicum Inde datur una vrna vini.

Cunrat Minner Ciuis augustensis fundator et dotator cappelle in cimiterio prope gradus anteriores obiit in die sancte adelhadis. Anno domini MCCCLXIV XVI kal. Januarii. Vid. lib. ord. Nro. 89.

XVI kal. Wolpoldus de Plaubeuren sacerdos dedit capitulo XXX lib. den.

XV kal. Memoria Wolfhardi de Rot et datur vrna uini.

Liupolt urbis prefectus obiit qui dedit hubam I in Richen. inde datur vrna uini.

Liugardis uxor C. Klokelmanni obiit. Vid. VI. Id. Apr.

Ludwicus. Cantor obiit qui dedit nobis V lib. den. inde datur vrna uini de granario nostro.

Decembris.

Peters dicta Ottin obiit que dedit nobis VI lib. den. Inde dantur X sol. den. in missa pro defunctis presentibus tantum.

XIV kal. Hailwigis dicta mulhuserin obiit que ordinauit hodie dare dominis urnam vini que dabitur de bonis in Grabun in quorum empcione ipsa dedit X lib. den.

Alber laicus obiit qui dedit partem ecclesie in Heginbach, et II hubas ibidem Et dimidiam hubam in Sunthain et de hiis dantur V malt. tritici ad prebendam.

H. de phorzham Canonicus dedit nobis XII lib. aug. ut hodie in anniuersario Gerdrudis sororis sue singuls annis in sero ad eius sepulchrum eatur et ad comparandum missas XV den. Ministris nouem den. in missa pro defunctis XVIII sol. tantum presentibus de nostris nouis bonis uel de bursa distribuantur. Sepulta est in gradibus iuxta publicam curiam sub lapide uersus sanctum iohannem.

Hainricus miles dictus de haligrab obiit. Vid. lib. ord. Nro. 90.

Agnes filia dicti Dachs vxor haiurici auicule obiit que dedit nobis VI lib. den.

XIIII kal. Vigilia. Magister Cunradus cellerarius obiit qui dedit ecclesie annum mortis prebende sue. Inde datur hodie dominis urna uini. Et sociis de choro II sol. et ministris I sol. de predio in Aittingen illius de Schersteten.

Item albero presbiter obiit qui libros quam plurimos ecclesie scripsit.

Anno domini MCCCCLXXXVI Obiit egregius vir dominus Georius peck decrctorum doctor et canonicus ecclesie Augustensis. Vid. lib. ord. Nro. 235.

Cunradus dictus Ilsung uf dem iudenstain Ciuis Augustensis obiit. Cuius filius iohannes ilsung dedit nobis et capitulo nostro XVI lib. den. monete usualis.

Anno domini MCCCLXXX. In vigilia sancti thome apostoli obiit iohannes Dachs Junior. Ciuis augustensis cuius Relicta

December.

scilicet otilia Langenmentlin dedit nobis et Capitulo nostro XII lib. den. monete usualis.

Rudolfus de Marchdorf socius chori obiit qui dedit nobis VII lib. den. aug. Inde dantur hodie in missa pro defunctis XI sol. den. aug. presentibus tantum et astantibus in choro et vnum sol. den. ad comparandum missas in monasterio.

Item de Renhardo dicto Griezherr Et friderico dicto hopfe de friberg dantur etiam hodie VI sol. den. cum predictis XI sol. domini Rudolfi ut memoria eorum habeatur.

XII. kal. Thome apostoli. De ecclesia in Attenburen dantur XLV malt. siliginis et VI lib. aug.

Ulricus huber famulus Capituli obiit. Vid. lib. ord. Nro. 147.

Dominus hainricus de Schonnegg Episcopus ecclesie augustensis obiit. Vid. lib. ord. Nro. 91.

Anno domini MCCCCLIII obiit Bartholomeus Raem ciuis Augustensis. In die thome Apostoli Et vxor eius Anna postea obiit Anno etc. LIV in vigilia Bartholomei Apostoli. Vid. lib. ord. Nro. 202.

XI. kal. Mechtildis procuratrix domini Vlrici ecclesie nostre custodis obiit que ordinauit nobis de domo sua in uico qui dicitur Crotnawe sita X sol. hodie dari.

X kal. Diemo dyaconus* qui dedit predium In hiltoluingen de quo et huba I in Mulhusen et huba I et dimidia in Erringen dantur IV malt. tritici ad prebendam.

Anno domini MCCXCVIII Fridericus frater vilici de Lebsingen dedit nobis dimidiam curiam ibidem que sibi iure proprietatis pertinebat et libera est ab omni Jure advocaticio in remedio anime sue et progenitorum suorum tali condicione ut ipse Fr. pro tempore vite sue percipere debeat prouentus ipsius Curie quo defuncto. Adelhaidis ministra sua duo maltera siliginis percipiet. Quodsi aliquis in possessione eiusdem curie ipsum molestare presumpserit Capitulum nostrum ipsum defen-

* Recentior manus „Decanus" superscripsit.

December.

dere tenebitur. Et si forte occasione guerrarum ibidem non ausus fuerit permanere nos sibi aput nos auguste in comodo et mansione apta tenebimur prouidere.

IX kal. Vigilia Natiuitatis domini. Anno domini MCCCCXVIII In vigilia natiuitatis domini ociit dominus Johannes de Riethaim Canonicus huius Ecclesie. Vid. lib. ord. Nro. 153.

VIII kal. Natiuitatis domini. Anno domini MCCCCLXII in die natiuitatis domini obiit dorothea de Acholfingen vxor domini Vlrici de Ramigen. Vid. lib. ord. Nro. 213.

Nicolaus Bechem famulus capituli. Vid. lib. ord. Nro. 285.

VII kal. Stephani prothomartiris. Rudolfus de hurenhain summus prepositus dedit nobis curiam in Holtzhusen soluentem XXV sol. den aug. de bursa nostra super addendi sunt V sol.

Anno domini MCCCXXIV in die sancti Stephani obiit dominus Vlricus de Aychain. Vid. lib. ord. Nro. 93.

Rugerus longum pallium obiit qui dedit nobis VI lib. den aug.

VI. kal. Johannis Evangeliste. Johannes Schongauer iunior obiit Vnde Hainricus nunc portnarius dat. lib. den. sic quod hodie dantur X sol. presentibus. Et in anniuersario Maechthildis uxoris ipsius Johannis dantur reliqui X sol. Qui est XI milium uirginum. Et datis XVIII lib. den. per ipsum hainricum portuarium soluetur perpetuo predicta lib. de bursa dominorum.

Albrecht laicus obiit qui dedit hubam I in Turham.

Item Cunradus urbis prefectus obiit qui dedit hubam I in Igenbach inde datur vrna vini. Seuelt.

V kal. Sanctorum Innocencium. Cunrad de Nidlingen miles pater domini chunradi de Randegg obiit de quo dantur XV sol. den. in sero in maioribus uigiliis et in missa pro defunctis XV sol. den. presentibus de bonis in Tanhusen vel de aliis nouis bonis.

December.

Cunradus de Grafnegg obiit. Vid. lib. ord. Nro. 94.

Episcopus puerorum dabit duas urnas latini uini et modium tritici. Centum et IV pullos et purpuram.

IV kal. Thome episcopi. Adelhait relicta h. senioris portnarii obiit.

III kal. Vlrich laicus obiit qui dedit predium in Opprechtshouen. Inde dantur IV sol.

Winhardus scriba obiit qui dedit nobis VIII lib. den. in bonis nostris in Grabun emptis a dominis in haldenberg.

Anna uxor Cunradi Amatoris obiit que dedit nobis VI lib. den.

II kal. Siluestri pape. Rudolfus de Hurenhain summus prepositus dedit nobis II hubas in Berge soluentes annuatim III lib. den. minus tribus sol. post obitum suum distribuendas in anniuersario suo tantum presentibus.

Anno domini MCCCXXXIX in die sancti siluestri obiit dominus Cunradus de Grayspach Canonicus huius ecclesie. Vid. lib. ord. Nro. 95.

LIBER ORDINATIONUM.

1. Ordinacio Canonicorum Sifridi de Algishusen et Wolfhardi de Rot.

Nouerint uniuersi tam presentes quam futuri quod nos Sifridus de Algishusen et Wolfhardus de Rot Canonici augustenses de bonis a deo nobis concessis Capitulo nostro LXXX. lib. den. in empcione bonorum in Grabun dedimus tali apposita condicione quod pro tempore uite nostre alternatim semper post dies XIV. sepulchra parentum meorum S. videlicet de Algishusen et mei fratris mei videlicet Wolfhardi uisitentur cum *uesperis* defunctorum. Post obitum uero nostrum cessante pre*dictorum* parentum nostrorum memoria nostri memoria habeatur. Singulis quoque diebus quibus sepedicta memoria agitur de Capitulo danda est urna uini.

2. Ordinacio domini Berchtoldi Decani in Gundeluingen; obiit autem in Octaua Johannis Evangeliste.

Dominus Berchtoldus decanus in Gundolfingen obiit qui dedit nobis LX lib. den. in empcione predii in Grabun. Inde dantur nobis annuatim II. lib. Dedit eciam sociis de choro annum mortis duarum suarum prependarum, que date fuerunt in edificacione domus lapidee ante sanctum Leonhardum. Inde datur ipsis hodie videlicet in octaua Johannis evangeliste I. lib. in qua eciam de gracia sociorum participes esse debent Cappellani sancti Vdalrici et sancti Antonini. Vicarii quoque cum omni

deuocione debent ipsius anniuersarium hodie celebrare. Procurator domorum.

3. Ordinacio Ulrici dicti Boksperger.

Notandum quod Vlricus dictus Boksperger iunior qui donauit curiam suam sitam in Attenhouen ad altare quod ipse de nouo construxit ordinauit dari quicunque tenuerit eandem vicariam II. lib. den. videlicet hodie in anniuersario Adelhaidis matris sue XII. kal. marcii X sol. den. in missa pro defunctis presentibus tantum. In anniuersario Vlrici patris sui similiter X. sol. simili modo distribuendos. Altera uero libra dabitur post mortem ipsius ulrici et uxoris sue wil.

4. Ordinacio domini Chunradi de Randegg Custodis huius Ecclesie.

Anno domini MCCCXXXV In die sancti Michahelis dominus Chunradus de Randegg custos huius ecclesie ordinauit et disposuit vt post obitum suum in anniuersario suo in sero in maiori vigilia distribuantur XVIII sol. den. in placebo I. lib. den. ex ordinacione domini Waltheri dicti hochschlitz episcopi. De mane in minori uigilia XV sol. Et missa pro defunctis XVIII sol. Item XXV sociis chori XXV sol. den. Item dictis stulbrudern VII sol. den. Item scolaribus de scolis III sol. pro Tortellis. Et quandocunque magister scolarum hoc dare eodem die neglexerit tunc Decanus qui pro tempore fuerit recipiet ista uice. Item pro duabus candelis que ardeant ad altare chori in sero et in mane XXX den. Item Edituis VI den. Item II modii tritici eodem die pauperibus distribuantur. Item LIII sol. den. pro conparacionibus missarum chori tam de die quam pro defunctis per circulum anni ita ut Canonico celebranti missam de die detur vnus den. Et celebranti missam pro defunctis I den. Summa denariorum premissorum IX lib. IV sol. den.

Item ordinauit celebrari festum sancti Syri confessoris atque pontificis cum campana chori Et eodem die in matutinis distri-

buantur XVII sol. In missa XVIII sol. et ministris I sol. den. Item in anniuersario patris sui domini Chunradi de Nydlingen militis XXX sol. den. videlicet in sero in maiori vigilia XV sol. den. Et in missa pro defunctis totidem presentibus tantum.

Item in anniuersario matris sue Adelhaidis XXX sol. den. simili modo distribuendos.

Quam peccuniam dabit Capitulum in omnem euentum de bonis ecclesie in Tanhusen in cuius iurispatronatus empcione predictus dominus chunradus de Randegg Custos dedit quintam partem pecunie.

Item acquisiuit vnam Curiam in Gablungen a Johanne dicto Salher. Item acquisiuit vnam Curiam in Eglingen a dicto de Wildenrod. De qua Custos qui pro tempore fuerit dabit vnum lumen ante Altare sancte Anne et omnium sanctorum quod de nocte ardeat sicut alia luminaria de nocte ardencia.

5. Ordinacio domini Wolfhardi de Rot Episcopi ecclesie augustensis; obiit in octaua Epiphanie.

Anno domini MCCCII In Octaua Epyphanie obiit dominus *Wolfhardus* de Rot episcopus ecclesie augustensis. Qui ob sue suorumque parentum animarum salutem nobis dedit ad mensam nostram Ecclesias in Rot in Vstersbach in quibus ius patronatus sibi iure hereditario pertinebant. Item dedit nobis unam Curiam in Gundoluingen quam dictus Seuwer colit. Et duas Curias in Vstersbach que Kaesershof et Grubhof dicuntur. Hec omnia nobis et Capitulo nostro pleno iure in usus nostros et consolacionem presencium sub modo licito et a iure concesso donauit tradidit et assignauit. Et nos totum Capitulum augustense nullo dissenciente eiusdem beneficii memores sub forma que sequitur ad celebracionem festorum et commemoracionem animarum in perpetuum habendam annis singulis et ad solucionem pecunie in celebracionibus et commemoracionibus dande et distribuende tantum presentibus qui celebracionibus et commemoracionibus huius modi interfuerint de bonis Capituli nostri vniuersis et singulis

nos[1] astringimus et obligamus I sol. Item predictus Wolf. emit ecclesie augustensi Marchionatum in Burgaw uel redditus C. marcarum in villa Nawe et proximis adiacentibus quondam Marchioni pertinentibus. Insuper emit Sifrisperg cum suis pertinentibus Castrum Habspurk cum suis pertinentibus Castrum Eggental cum suis pertinentibus oppidum Phaffenhusen iure patronatus ibidem non excepto castrum Hattenberg cum suis pertinentibus castrum Schoenneg cum suis pertinentibus. Dedit eciam ecclesie uillam Rot et alia bona circumiacencia que sibi titulo proprietatis pertinebant cum hominibus utriusque sexus. Insuper redemit castrum Hopfen et parrochiam Segge in qua eciam parrochia emit omnia bona domini de Sumerowe. Orate pro anima eius.

6. Ordinacio domini Vlrici dicti Schalhas. In die s. Agnetis.

Dominus Vlricus dictus Schalhas dedit nobis XX lib. den. aug. in conparacione bonorum in Affeltrach et ordinauit ex deuocione speciali quod ab octaua penthecostes usque in Aduentum domini Sequencia que incipit Astra celi et Alleluia Salue dulcis in numero sequenciarum aliarum que cantantur de beata uirgine vicissim ita quod in quinto loco sollempniter decantentur. Constituit eciam ut festum sancte Agnetis uirginis cum campana chori et sequencia Laus sit regi glorie sollempniter celebretur ita tamen quod secunda uespera s. Sebastiani non obmittatur. Quo die distribuetur I. lib. den. presentibus tantum de bonis predictis.

7. In die Timothei. Rudolfus de Hurenhain.

Rudolfus de hurenhain summus prepositus dedit nobis Curiam in Liederhouen quam colit dictus Dietmar. Inde dari debet in anniuersario Volkmari de Talhouen summi prepositi XI kal. aprilis vrna vini et maltera tritici. Residuum autem dari debet hodie in anniuersario S. Decani dicti Kaestlin in sero in longa vigilia tantum presentibus. Et in mane In breui vigilia et missa pro defunctis similiter tantum presentibus.

8. **Ordinacio Rudgeri dicti Zeller. In conuersione s. Pauli.**

Ruodgerus Zeller socius chori qui dedit nobis XX lib. in edificacioec domus lapidee ante sanctum Leonhardum. Post cuius obitum libra diuidetur in duos anniuersarios videlicet ipsius. Item et Friderici patris ipsius. Procurator domorum.

9. **Ordinacio domini Hainrici de Beringen. Policarpi.**

Anno domini Millesimo CCCXXVII kal. Februarii obiit Hainricus de Beringen Canonicus huius ecclesie qui ob sue suorumque parentum animarum salutem nobis dedit in prompta pecunia Centum lib. XLII libras cum dimidia et XXX den. Item dedit XL lib. den. pro aduocacia in Merdingen. Item dedit LVII lib. et VII sol. cum dimidio denariorum in empcione curie Sifridi de Buch in Althain. Item dedit X lib. den. in empcione domus panificis Wolfhartinne. Hec omnia Capitulo dedit. Nos uero ad commemoracionem animarum ipsius et subscriptorum in perpetuum habendam annis singulis et ad solucionem pecunie in commemoracionibus dande et distribuende de bonis Capituli nostri vniuersis et singulis astringimus et obligamus. In Anniuersario uero ipsius dande sunt VII lib. et XI sol. den. Item ordinauit in memoria episcopi Brunonis kal. augusti in sero in longa uigilia XII sol. etc. In anniuersario hainrici patris sui VII kal. aprilis in missa XVIII sol. In Anniuersario Adelhaidis matris sue VIII Idus Marcii in missa XVIII sol. In anniuersario Cunonis fratris sui VI kal. Maii in missa XVIII sol. In anniuersario domini Cunonis plebani de sero in longa uigilia XV sol. In Anniuersario domini Marquardi scolastici de Beringen sero in longa uigilia XV sol. In anniuersario domini Dietrici de Hawenstain in missa VIII sol. etc.

10. Hic incipit Ordinacio domini hainrici Bursnarii prima. Octaua Johannis Ewangeliste.

Sciendum quod dominus hainricus Bursnarius huius ecclesie socius pia ductus intencione dedit et donauit Capitulo ecclesie augustensis XXX lib. den. augustensium. Quod octaua sancti Johannis ewangeliste cum officio pleno Pulsacione sicut in festis apostolorum sollempniter celebretur. Et debent distribui III lib. den. de quibus detur I sol. den. pro quartali latini uini quod benedicetur in Calice sancti Vdalrici et postea dominis amor sancti Johannis ministretur.

Item dedit Capitulo LXXXII lib. den. ea forma seu modo, quod idem Capitulum de nouis bonis et de bursa et de omnibus bonis suis det et persoluat VIII lib. den. In festis et in terminis infrascriptis.

Primo quod festum beati Georii cum Campana chori et Responsorio in vesperis et alias cum officio pleno sollempniter perpetuo celebretur et tunc in missa dimidia lib. den. tantum presentibus diuidatur.

Item quod Octaua corporis Christi cum officio pleno pulsacione sicut in festis apostolorum per omnia sicut in die festi principalis sollempniter celebretur et debent distribui III lib. den.

Item ordinauit quod octaua apostolorum Petri et Pauli cum campana chori. Responsorio in uesperis et officio pleno perpetuo sollempniter celebretur. Et tunc in matutinis XV sol. den. et in missa totidem presentibus diuidantur.

Item ordinauit quod Octaua sancti Vdalrici cum officio pleno pulsacione sicut in Festis apostolorum et historia sicut in die perpetuo sollempniter celebretur. Et debent distribui III lib. den.

Item dedit ipsi Capitulo XV lib. den. ut festum sancte Lucie virginis cum campana chori et Responsorio in uesperis Regnum mundi cum officio pleno sollempniter perpetuo celebretur. Et distribui debent XXX sol. den.

Item sciendum est quod dominus Hainricus Bursnarius de bona uoluntate Capituli conparauit a domino Marquardo de Be-

ringen Canonico ecclesie Curiam et tres areas sitas in Chissingen quam Curiam colit dictus Mertz et quondam pertinuit ecclesie nomine oblagii. Et Capitulum concessit eidem Bursnario quod usumfructum eorundem bonorum libere tenere debet et pacifice possidere pro tempore uite sue cuiuscunque status fuerit religiosi uel eciam secularis. Sed eo defuncto quia transtulit eadem bona perfecte donacionis et tradicionis tytulo in Capitulum Ecclesie augustensis iuxta uoluntatem eiusdem Bursnarii et ordinacionem suam quam Capitulum admisit et liberaliter approbauit de prefatis bonis celebrari debet Octaua sancti Andree.

Item obtinuit in Capitulo quod de processione que fit in octaua sancti Vdalrici in prima uespera de predictis bonis presentibus in processione in Capella sancti Vdalrici XII sol. den. distribuantur.

Item procurauit quod festum sancte Cecilie cum Campana chori et Responsorio in prima uespera et in missa sancte Cecilie de predictis bonis XVIII sol. den. presentibus distribuantur.

Item obtinuit in Capitulo quod in vigilia Epyphanie quando celebratur anniuersarium patris sui preter XII sol. den. quos prius dedit et ordinauit distribui in eodem anniuersario de bonis *in Erringen* que capitulo conparauit ut infra patet adhuc superaddantur IX sol. den. presentibus tantum.

Item optinuit a Capitulo quod in anniuersario matris sue quod celebratur in vigilia Natiuitatis sancti Johannis baptiste de predictis bonis in missa pro defunctis distribuatur presentibus I lib. den. et I sol. den. detur in ecclesia pro conparacionibus missarum.

Item optinuit quod in anniuersario suo de predictis bonis dentur Sociis chori VII sol. den. preter V sol. quos eis optinuit dari de Curia in Erringen quam colit dictus Mulhaintz ut statim infra patet.

Item donauit ipsi Capitulo pleno iure sollempniter assignatis et traditis Instrumentis que tenuit et habuit Curiam suam in Erringen quam nunc colit hainricus dictus Mulhaintz retento sibi

tantum usufructu pro tempore uite sue sub ea forma quod eo defuncto dies anniuersarii sui celebretur.

Item dedit ipsi Capitulo LX lib. den. sub ea forma quod ipsum capitulum det et persolvat IV lib. den. de nouis bonis et de aliis bonis suis ita uidelicet quod festum sancti Seruacii cum Campana chori et Responsorio in uesperis et alias cum pleno officio sollempniter celebretur.

Item quod in crastino sancti Vrbani habeatur memoria sui et omnium benefactorum suorum.

Item Dominus Hainricus Bursnarius Socius chori dedit Capitulo Curiam suam in Bobingen sitam. Racione cuius celebrari procurauit festum sancti Leonhardi cum officio pleno quod decantentur Communia de uno confessore cum Campana chori.

Item hainricus Bursnarius dedit Capitulo Centum lib. den. propter quod Capitulum dare debet de omnibus bonis suis quolibet anno septem lib. den. sic quod infra octauam Natiuitatis beate marie uirginis missa necnon omnes hore et pulsaciones sicut fit infra Octauam Assumpcionis beate virginis sollempniter celebrentur Excepto festo Exaltacionis sancte crucis quod celebratur suo more hoc dumtaxat excepto quod in Octaua Natiuitatis beate uirginis vespere non de sancta Cruce sed de natiuitate peragantur.

Anno domini MCCCXXXIV. In crastino Natiuitatis beate virginis dominus hainricus Bursnarius dedit Capitulo LXXX lib. den. aug. in hunc modum vt festum sanctorum martyrum Johannis et Pauli cum pleno officio et campana chori sollempniter celebretur. Et in prima uespera habeatur processio ad Capellam eorum que de nouo constructa est ad ordinacionem domini Kraftonis de Nidlingen quondam prepositi ad honorem ipsorum.

Item ad Vincula Petri similiter debet haberi plenum officium sollempniter cum campana chori et distribucionibus in Matutinis et in Missa per omnia ut predicitur preter processionem.

Item in Commemoracione omnium fidelium defunctorum et omnium benefactorum suorum que celebrabitur in die sancti Gereonis. In sero habeatur longa uigilia.

Anno domini MCCCXXXV in Festo sancti Michahelis dominus hainricus Bursnarius dedit Capitulo XXX lib. den. ut festum Conuersionis beate Afre cum Campana chori et pleno officio sollempniter sicut in die celebretur.

Anno domini MCCCXXXVII. In die sancte Scolastice dominus Hainricus Bursnarius ductus zelo pietatis pro defunctis obtinuit quod Capitulum de redditibus trium librarum denariorum aug. quos persoluit quando Capitulum bona conparauit in Sinbrunnen persoluere debet impensas et expensas pro perpetuo luminari quod ardeat diebus et noctibus coram imagine passionis Christi, que locata est in occidentali choro super Cancellos ita quod locetur a dextero latere Cruxifixi.

Item obtinuit quod capitulum persoluere debet inpensas et expensas pro luminari perpetuo quod tantum ardeat de nocte in Ambitu maioris ecclesie ad sepulturam vicariorum.

Sciant cuncti qui sua crediderint interesse. Quod nos Eberhardus prepositus Rudolfus Decanus totumque Capitulum Ecclesie augustensis Conuenientes in Capitulo nostro per sonitum campane more solito conuocato deliberacione diligenti prehabita tractatibus eciam debitis et omnibus et singulis sollempnitatibus adhibitis que requiruntur in talibus tam de consuetudine quam de iure discreto uiro domino hainrico Bursnario socio chori nostri perfecte legaliter et rite uendidimus et vendimus per presentes redditus octo librarum den. aug. sibi soluendis singulis annis in omnem euentum in quocunque statu fuerit seculari uel religioso pro tempore vite sue in festo sancti Nycolai quolibet sine dampno. Sed eo realiter defuncto de predictis redditibus soluere tenemur anno quolibet in anniuersario suo duas lib. den. augustensium pro solacio pauperum hospitalis sancti spiritus in Augusta. Reliqua uero sex lib. den. dare tenebimur more seu iure presenciarum et cottidianarum distribucionum in festis uel anniuersariis ad que predictos redditus in uita uel in morte duxerit deputandos ita tamen quod predicti redditus nobis et confratribus nostris cedant integraliter et in totum pro quibus ab eo recepimus in pecunia numerata Centum et uiginti quatuor lib. den. aug. quas

impendimus et in conparacione reddituum viginti sex librarum den. Aug. quos conparauimus et emimus a Consulibus et vniuersitate Ciuium augustensium. Promittimus eciam omnia predicta seruare fideliter nec in contrarium uenire uerbo uel facto contradictione quolibet non obstante. In Cuius rei testimonium presentes sibi dedimus Sygillo Capituli nostri legittime roboratas. Datum Augusto Anno domini MCCCXXXVIII in vigilia penthecostes.

Kathedra sancti Petri celebratur sollempniter cum Cantoribus ad ordinacionem Bursnarii et pulsacio fit ut de apostolis.

In crastino Kathedre sancti petri dantur II lib. den. pro commemoracione omnium animarum ad ordinacionem suam.

Item ordinauit ut Infra Octauam Corporis Christi videlicet feria Sexta Sabbato Feria II. Feria III. et Feria IV. distribuatur singulis diebus in publica missa I lib. den. Et in matutinis habeantur tres lectiones et Te deum laudamus cantetur et pulsacio fiat ut infra Octauam Natiuitatis beate marie uirginis et misse sollempniter celebrentur.

Item in Translacione sancti Augustini dantur II lib. den. Et celebratur cum campana chori Et historia ut in die. Predicti denarii a festo Kathedre petre recipiuntur de redditibus sex librarum den. quas conparauit a Capitulo prout in proximo priuilegio supra continetur ultra II lib. que dantur ad hospitale et de redditibus Curie in Norndorf quam dedit Capitulo quam colit Walther dictus Bayr.

Item dedit ipso Capitulo Curiam in Westernaitingen quam colit Johannes Haetzler. Item in recessu suo moriens uel uiuens dabit II lib. den.

Item dedit Capitulo Curiam in Bobingen quam colit dictus Pangarter. Item dabit dimidietatem omnium bonorum suorum.

Item dedit Capitulo Curiam unam in Lindach. Et in recessu suo dabit I lib. den.

Item dominus Hainricus Bursnarius dedit nobis et Capitulo nostro redditus III lib. den. aug. videlicet II lib. et V sol. den. In Weldisrutin et XV sol. den. ex Curia dicti Vingerlin. In

Triushain ut festum sancti Viti Perpetuo sollempniter celebretur. Et pulsacio fiat sicut in festis apostolorum per omnia.

In nomine domini Amen Sciant cuncti qui sua crediderint interesse. Quod nos Krafto prepositus Hermannus Decanus totumque Capitulum Ecclesie augustensis. Conuenientes in Capitulo nostro more solito conuocato deliberacione diligenti prehabita necnon tractatibus et singulis sollempnitatibus adhibitis que requiruntur in talibus tam de consuetudine quam de iure singulis nobis consencientibus et vniuersis vnanimi uoto nullo penitus discrepante. Considerantes quod dominus Hainricus Bursnarius socius chori nostri plura beneficia nobis exhibuit et impendit et quod ex infrascriptis speramus indubitanter Capitulo nostro meliora uerisimiliter profutura receptis ab eo duabus possessionibus que dicuntur Richlingers guot sitis in Erringen que soluunt annuatim duos modios Tritici quatuor modios siliginis quatuor modios auene augustensis mensure et XIV sol. den. aug. cum aliis minutis seruiciis. Quas possessiones nobis et Capitulo nostro tradidit et donauit perpetuo fruendas habendas tenendas et pacifice possidendas. In reconpensam aliqualem et mutuam uicissitudinem sibi per presentes pro tempore uite sue quod vlgariter *dicitur* lipgeding de Granario nostro dare promittimus in omnem euentum in quocunque statu fuerit seculari uel religioso donec realiter mortuus fuerit infra festa sancti Michahelis et sancti Martini duos modios tritici duos modios siliginis duos modios auene augustensis mensure quolibet sine dampno. Non obstantibus sterilitate casmate grandine depredacionibus incendiis deuastacionibus et aliis quibuscunque casibus uel periculis consuetis uel inconsuetis quocunque nomine censeantur. Renunciantes in hoc restitucioni in integrum supplicacioni inploracioni officii cuiuslibet superioris decepcioni ultra dimidiam et excepcioni doli et mali sollempnitatibus non adhibite reductioni ad arbitrium boni uiri precii numerati uel in utilitatem non conuersi et omnibus aliis iuris beneficiis ordinariis et extraordinariis que nobis de facto uel de iure possent in contrarium suffragari eciam hiis que renunciacionem quantumcumque desiderant specialem Et nichil-

omnium anniuersarium patris et matris sue celebrabimus in ecclesia nostra perpetuo modis debitis et consuetis et in eodem anniuersario XII sol. den. aug. in missa pro defunctis distribui faciemus presentibus sicut consueuit in similibus obseruari. In quorum omnium euidenciam presentes conscribi fecimus et Sygillo Capituli nostri legittime roborari. Datum auguste Anno domino Millesimo CCCXXX die Jnuencionis sancti Stephani.

11. Ordinacio Cunradi dicti Bobinger. In octaua sancte Agnetis.

Cunradus dictus Bobinger obiit qui dedit nobis annum mortis prebende sue que data fuit in empcione curie sue in villa Ribfingen.

12. Ordinacio hainrici dicti Kloekelman. Brigide vidue.

Hainricus dictus Kloekelman dedit nobis suas Curias in Binswank soluentes annuatim V lib. et XV sol. secundum solucionem dominorum Inde dantur hodie in anniuersario Luodwici ducis Bawarie qui dedit nobis harum Curiarum proprietatem in sero in Longa uigilia XV sol. den. tantum presentibus Et in mane in Missa pro defunctis I lib. den. tantum presentibus. Item in festo Johannis ante portam latinam ut idem festum sollempniter cum pleno officio celebretur I lib. den. eciam presentibus. Item in anniuersario ipsius h. Kloekelman I lib. den. tantum presentibus. Item in anniuersario parentum suorum Rudgeri et Hedwigis I lib. den. presentibus. Item in anniuersario Cunradi et Irmelgardis parentum vxoris sue Liugardis I lib. presentibus. Hec peragenda sunt post mortem ipsius Kloekelmanni.

13. Ordinacio Vlrici dicti Spinneler. In Purificacione sancte marie virginis.

Ulricus plebanus dictus spinnelaer obiit que dedit fratribus in oblacionem septem Institas cum Curtili adiacenti et aliis pertinenciis ad Curtile de quarum censu singulis annis in anniuersario suo vicariis II sol. den. dantur Ministris I sol. Scolaribus

sol. pro tortellis. Residuum uero census de predictis institis debet hodie dari dominis ad prebendas suas et ipsi in nocte et in mane in Anniuersario suo vigiliam explere debent et missam pro defunctis cum conuentu sollempniter celebretur. Dedit etiam ortum ad lumen in cimiterio cum prato sub monte qui dicitur Swadolfstige quem hainricus Hurenlochensis et uxor sua Machthildis pro tempore uite sue possidere debent et idem lumen procurare. Si uero negligentes in procuracione luminis extiterint ea procuracio ad plebanum dirigatur. post mortem predictarum personarum pro tempore plebanus predictum lumen procurare debet. Item dedit ecclesie plavstrum perferratum cum quatuor equis ad opus ecclesie et in morte sua dedit ecclesie cipfum argenteum qui ponderabat tres marcas. Quicunque pro tempore fuerit procurator domorum dominorum procurare debet oblagium de institis supradictis.

14. Ordinacio domini Ruodolfi de Hurenhain.

Rudolfus de Hurenhain prepositus augustensis obiit in crastino Blasii qui dedit nobis Curiam sitam in Berge que soluit annuatim III lib. den. cum II sol. den. aug. de qua dantur oblaico VIII sol. Item in sero in maiori vigilia I lib. et XXX den. presentibus tantum in choro.

15. Anniuersarium domini Gebolfi.

Dominus Gebolfus sacerdos altaris obiit qui dedit nobis XXXIV lib. IV sol. den. aug. memoria habeatur domini Sifridi sacerdotis fratris sui. Hermanni patris et Adelhaidis matris sue.

16. Anniuersarium dicti Batzenhofer.

Anno domini MCCCXII dominus hainricus socius chori dictus Batzenhouen obiit qui dedit nobis XXIV lib. den. aug.

17. Ordinacio domini hainrici dicti Truener.

Dominus hainricus Truener sacerdos et Canonicus huius ecclesie obiit qui dedit Capitulo L. lib. den. et Centum florenos.

Item dedit LXXX florenos ut festum sancte Barbare uirginis cum Campana chori et Responsorio in vesperis Regnum mundi et officio pleno sollempniter celebretur perpetuo. Et distribui debent II libre den. In matutinis XVIII sol. den. In missa I lib. Domino Decano I sol. Ministris I sol.

18. Anniuersarium domini dicti Zeringer.

Anno domini MCCCXIII dominus Werenherus de Zeringen. Canonicus ecclesie augustensis obiit qui dedit nobis XVII lib. aug. in empcione bonorum in Otmarhusen.

19. Ordinacio domini ulrici de Dinkelspuhel.

Anno domini Millesimo CCCXLIV VIII kal. Marcii obiit dominus Vlricus de Dinkelspuhel Sacerdos et Canonicus ecclesie augustensis qui legauit et donauit Capitulo ecclesie augustensis CC et V lib. den. aug. de quibus Centum et V lib. date fuerunt pro quadam curia in Lutzelburch et quodam feudo dicto brantlehen ibidem cum eorum attinenciis. Et C. lib. den. date fuerunt in empcione annuorum reddituum LXIV librarum aug. emptorum a ciuibus augustensibus.

Item ordinauit quod festum sancti Syluestri pape singulis annis cum pleno officio et campana chori sollempniter celebretur.

Item ordinauit ut in die sancti Gregorii pape distribuatur I lib. den. in missa tantum presentibus et astantibus.

In die sancti Ambrosii similiter I lib. den. in missa.

Et in die sancti Jeronimi I lib. den. in missa presentibus et astantibus.

Item ordinauit quod Festum Conuersionis sancti Pauli apostoli sollempniter celebretur cum Cantoribus et aliis prout celebrantur festa apostolorum.

Item ordinauit festum Decollacionis sancti Johannis baptiste sollempniter celebretur cum Cantoribus et aliis prout festa apostolorum celebrantur.

20. Ordinacio domini Ludwici de Hamersteten.

Anno domini MCCCXXXVIIII. IV kal. Marcii obiit dominus Ludwicus de Hamersteten Canonicus huius Ecclesie qui dedit et ordinauit Capitulo ipsius Ecclesie oblagium suum in Waltpach quod soluit annuatim XXIV sol. den. Item dedit et ordinauit ipsi Capitulo Curiam suam Canonicalem sitam extra muros ciuitatis augustensis de qua dantur XXXIV den.

Et nota quod Cunradus de Wasserburg iunior Canonicus ipsius ecclesie predictam Curiam a Capitulo couparauit pro XXV lib. den. Et quia adhuc non satisfecit .capitulo de eadem pecunia ipse tenetur dare predictos XXXIV sol. den. singulis annis in anniuersario predicti domini de Hamersteten de Curia memorata.

21. Ordinacio domini Burchardi plebani.

Anno domini MCCCXVI. IV Non. Marcii obiit magister Burchardus plebanus qui dedit nobis aunum mortis prebende sue et bonum librum decretorum. Et in empcione bonorum nostrorum in Asbain LX lib. den. Et in empcione bonorum nostrorum in Otmarshusen L. lib. den. Proinde de nostris nouis bonis uel de bursa in remedium anime sue nouem lib. den.

22. Ordinacio Cunradi Tornatoris.

Anno domini MCCCLXXVII. VII. Idus Marcii obiit Cunradus Tornator dyaconus et socius chori. Ecclesie augustensis qui ob remedium anime sue domum suam lapideam ad altare seu prebendam sancti Stephani. Et aliam domum predicte coniacentem ex ligno constructam que ambe iure proprietatis ad eum pertinuerunt ad prebendam seu ad Altare sancti Gregori cum pertinenciis earundem quibuscunque ordinauit et legauit Condicione tali quod predicti Capellani Altarium sanctorum stephani et Gregorii et eorum successores perpetuo in Anniuersario eius singulis annis perpetuis futuris temporibus aministrent Bursnario tres lib. den. augustensium Insuper prefatus Cunradus Tornator disposuit et ordinauit quod prenominati Capellani qui

pro tempore fuerint in promocione temporum seu recepcione ad prebendas prescriptas se obligent Capitulo fide data et astringent domos prefatas inhabitare et eciam ad satisfaciendum plene et soluendum annis singulis in anniuersario suo prenotato de prescriptis tribus libris den. aug. ex duabus domibus ut prefertur et de omnibus aliis suis rebus et redditibus eis de prebendis premissis prouenientibus qualibet sine contradictione.

23. Ordinacio domini Marquardi de Beringen.

Dominus Marquardus de Beringen Scolasticus obiit qui dedit nobis in edificacione domus lapidee ante sanctum Leonhardum duos equos ualentes VI lib. den. cum plaustro ferrato vt ipsius anniuersarium cum vigilia et missa pro defunctis more solito celebremus. Dedit eciam nobis annum mortis prebende sue que uendita fuit pro X lib.

24. Ordinacio Berchtoldi dicti Hurenlocher.

Item Berchtoldus Hurenlocher obiit pro cuius anime remedio et quorundam aliorum dominus . . . . . delegauit nobis V urnas vini soluendas annuatim ex domo lapidea magistri C. scribe beate memorie. Si autem predictus dominus Otto uel ipsius heredes decreuerint nobis dare XL lib. den. quocunque die nobis assignauerint eandem summam den. absoluti erunt a debito predictarum vrnarum et nos ipsas dabimus de bursa in terminis supradictis.

25. Ordinacio Volmari Carnificis.

Richenza relicta Hainrici Volmari carnificis dedit nobis domum quandam in barrochia sancti Mauricii sitam post ipsius obitum possidendam quam inhabitant quidam videlicet Kotliep tabernarius et Vlricus dictus Vberaker de qua singulis annis soluuntur XXX sol. den. aug.

26. Ordinacio Eberhardi dicti Spuotz.

Eberhardus socius chori dictus Spuotz obiit qui dedit nobis domum suam cum suis attinenciis vt in sero ad sepulchrum eius

placebo et in mane vigilia cum missa pro defunctis more solito peragantur. Sacerdotes uero altaris qui eandem domum tenent et inhabitare debent dant singulis annis hodie II lib. den. Et ipsi sacerdotes altaris persoluere debent Custodi in annunciacione sancte marie lib. Cere ponderis minoris iure censuali. Item dicti Sacerdotes altaris ex parua domo dare debent annuatim dimidium pondus sepi quod wlgariter waug dicitur ad Capellam sancti Vdalrici. Et famulo qui lumen accendat et custodiat II sol. In anniuersario Gisle famule dicti domini eberhardi vicariis siue sociis XXVIII den. pro consolacione. Item de maiori domo uersus licum et suis attinenciis ex nouo distinctis dominus Cunradus dictus Huoter qui eandem domum inhabitat et omnes successores sui predictas II lib. in perpetuo ministrabunt. Similiter de parua domo et suis attinenciis eciam ex nouo distinctis dominus Berchtoldus et omnes sui successores predictum lumen cum XXVIII den. annuatim procurabunt.

27. Ordinacio domini Kraftonis de Nydlingen.

Anno domini Millesimo CCCXXXIII. V. kal. aprilis obiit dominus Crafto de Nydlingen prepositus ecclesie augustensis *qui ob* remedium anime sue progenitorum et benefactorum suorum *necnon* ad laudem et honorem dei genitriciis virginis marie dedit et donauit Capitulo Ecclesie augustensis bona infrascripta. Videlicet Juspatronatus Ecclesie in Kaetersuuank quam incorporari procurauit scolastrie ecclesie augustensis. De qua ecclesia scolasticis qui pro tempore fuerit dare tenetur tres lib. den. aug. distribuendas ut inferius continetur. Item donauit et dedit Curiam in Aittingen cum suis attinenciis quam emit ab Hainrico de augusta et quam colit dictus Kayshaimer. Item in Menchingen duas Curias quarum vnam colit dictus Wamsaler et dictus Wurm. Et dictus Schusseler alteram. Item in Grabun Quinque feoda quorum unum colit dictus Zenninch secundum Liugardis ministra. tercium dictus Chamlieb. Quartum Vlricus Vellin. Quintum Johannes dictus Leynower. Item in Althein iuxta Zusmam dimi-

18*

diam Curiam quam colit dictus Berger. Item feodum ibidem quod colit. H. villicus. Item IV juggera agros que emit ab antiquo villico. Item Curiam in Gablungen quam Colit dictus Huechlin. Item Curiam in Otmarshusen quam colit dictus Winman. Item in Maenchingen prata quedam habencia Octo dietas. Aream et ortum que emit a dictis de Erringen. Que quidem bona soluunt annuatim Tritici XVI mod. V metretas. Siliginis XVII mod. III metretas. Auene XXXIII mod. IV metretas Ordei vnum modium Item summa denariorum promptorum septem lib. IX sol. quinque den. Item pro minutis seruiciis in redditibus denariorum XIX sol. Item in empcione bonorum in Ashain et aduocacie in Althain Zusme et in Holtzhain dedit pro sexta parte. Centum lib. den. aug. de quibus dantur VII lib. den. annuatim. Item dedit in prompta pecunia conuertenda in bona inmobilia Centum LX. lib. den. aug. Et ne nos Hainricus prepositus, Rudolfus Decanus Totumque Capitulum ecclesie augustensis talis ac tanti beneficii ingrati uideamur obligamus nos et successores nostros quod de bonis prescriptis et aliis bonis communibus Capituli nostri ordinacionem suam bona fide sine dolo et fraude perpetuo et inuiolabiliter obseruemus.

Item dedit redditus Quatuor librarum den. Capitulo ut Capellano sue Capelle dentur presencie et cetere distribuciones sicut aliis vicariis de nouo institutis. Item de tribus lib. qui dantur de Ketriswank iam dudum ordinauerat dari X sol. den. in festo sancti Nycolai et XII sol. in anniuersario fratris sui domini H. de Nydlingen Decani Summa denariorum distribuendorum per Capitulum nostrum singulis annis LXV lib. VIII sol. II den. aug. Et est sciendum quod predicte C. LX lib. den quas dedit in prompta pecunia date sunt in empcione iurispatronatus Ecclesie in Sibenbrunen quod emptum est a nobilibus uiris dictis Hacgen de Rosenstain.

28. Ordinacio domini waltheri prepositi.

Waltherus prepositus obiit qui dedit hubam I in Egelhouen et hec spectat ad idem officium qui pridem Custos conparauit II

habas in Bridrichingen et censum earum VII sol. constituit. Item conparauit in Gershouen Curtile et pratum et IV sol. censum constituit. Et hiis censibus vnum Lumen in Cripta ad sanctum Johannem. Et vnum ad sanctum Stephanum. Et vnum ad sanctum Gallum singulis noctibus perpetualiter ordinauit. Idem Custos Waltherus brachium sancti Vdalrici tegulo et panno consutum gemmis preciosis et auro et argento fabricari vt modo apparet et ornari et includi iussit. Item chorum istum in pauimento fundatum statuis fulciri eciam constituit, sicut nunc est. Et criptam desubtus fundari et altare consecrari et iuxta principale altare II sarcofogos constituit et cum ornatu et sollempnitate reliquias includi.

29. Ordinacio Johannis dicti Haiden.

Item Johannes Haidem socius chori obiit qui dedit Capitulo XXXIII lib. den. pro quibus Capitulum dare promisit perpetuo singulis annis in eius anniuersario II lib. den. cum duobus sol. distribuendas. Obiit autem anno domini MCCCLXXV. XIII kal. aprilis.

30. Ordinacio Johannis de Vlma.

Anno domini MCCCL kal. aprilis obiit dominus Johannes de ulma socius et sacerdos huius ecclesie qui legauit et dedit Capitulo L. lib. den XL mod. siliginis XII mod. farris XX mod. auene et domum suam in qua habitauit cum omnibus suis attinenciis. Hec omnia conputata sunt ad C. et XXXV lib. den.

Dominus Johannes de Vlma uicarius in inferiori Cripta dedit Capitulo LXIII lib. aug. ut festum beate Anne cum officio pleno noua hystoria et pulsacione sicut in festis apostolorum per omnia celebretur.

31. Ordinacio domini Cunradi Vicedomini.

Cunradus Vicedominus obiit qui dedit predium in Byberbach cum ecclesia. Item predium in Aekirchen cum ecclesia et hec

spectat ad prepositaram. Item Ecclesiam in Brezolfhouen et hoc spectat ad officium scolarum. Item predium ibidem et hoc spectat ad prepositaram. Item aliud predium ibidem et inde datur mod. tritici. Item predium in Lauguatun et inde dantur II maltera tritici. Dedit eciam ecclesiam in Annehusen.

32. Ordinacio domini werenhardi de Seuelt.

Dominus Werenhardus de Seuelt Canonicus augustensis dedit nobis redditus XVI sol. aug. de bonis sitis in Vnfrehtzhusen et in Ephenhusen. Item dedit nobis XI lib. den. Inde datur I lib. den. de nouis bonis que cum predictis XVI sol. sic est diuidenda. In anniuersario diemuodis matris sue X sol. in anniuersario ipsius domini Werenhardi X sol. In anniuersario domini H. fratris sui X sol. Item Capellano sancti Gregorii IV sol. Et nota quod predicta pecunia est hodie distribuenda presentibus tantum et astantibus in choro usque ad mortem predictarum personarum.

33. Ordinacio domini Hainrici amatoris.

Anno domini MCCCLV Hainricus Minner socius chori ob anime sue remedium et salutem legauit ac donauit dominis de Capitulo Ecclesie augustensis III lib. den. aug. perpetuo annis singulis recipiendas duas lib. de domo habitationis sue quam ipse post obitum eius deputauit viceplebanie huius ecclesie tali condicione pacto seu modo ut viceplebanus qui pro tempore fuerit ipsam inhabitet eamque cum pertinenciis suis et Curiam illius usque ad parietem intermedium perpetuo teneat ac possideat pacifice et quiete ita tamen quod prescriptas II lib. den. annuatim dominis seu Capitulo de eadem tribuat et persoluat. Terciam uero lib. den. emit prefatus sacerdos de Capitulo pro XV lib. den. quas ab eodem Capitulum integraliter recepit in pecunia numerata. Has III libras den. disposuit et ordinauit dari in Conuersione beate marie Magdalene. Insuper predictus H. ordinauit quod posterior domus cum pertinenciis suis ad altare beate marie Magdalene in Ecclesia prelibata augustensi debeat perpetuis fu-

turis temporibus pertinere ita uidelicet quod quilibet Capellanus eiusdem altaris existens pro tempore vnam lib. den. singulis annis pro Consolacione in anniuersario prenominati H. distribuatur inter vicarios. Hec omnia in Instrumento plenius inueniuntur.

Anno domini MCCCLXXIV in Crastino sancti Vrbani obiit Hainricus Amator Sacerdos Altaris sancti Castuli. Socius chori qui dedit nobis XXXIII lib. den. ob remedium anime sue suorum parentum et omnium suorum benefactorum.

Item executores prefati domini hainrici Amatoris superaddiderunt et dederunt Capitulo LXXXIV lib. den. monete vsualis.

34. Ordinacio Cunradi dicti Klokelman.

Cunrat dictus Klokelman obiit qui dedit nobis Curiam in Gablungen de qua dantur hodie VIII sol. pro vrna uini. Et in anniuersario Liugardis vxoris sue similiter VIII sol. pro urna vini. Quidque uero residuum fuerit de solucione dicte Curie equaliter diuidatur. Et in anniuersario vtriusque in missa pro defunctis tantum presentibus et astantibus in choro distribuatur.

35. Ordinacio menhardi de Bozano.

Menhardus de Bozano Ciuis augustensis obiit qui dedit *nobis* proprietatem orti sui siti apud licum purum de quo orto heredes sui hodie singulis annis nobis dare debent VIII sol. pro vrna uini quod si non fecerint ammonicione premissa idem ortus cum suis attinenciis ad nos liberaliter reuertatur.

36. Siboto Curialis Ceruus.

Syboto curialis Ceruus obiit de quo dantur VIII sol. pro vrna vini. Et II sol. sociis de choro. De hiis X sol. dat Cunradus Gumlin I sol. de agris suis in Campo Burchuelt sitis Reliquos uero nouem sol. dat Rudolfus Witolf ex domibus suis et ortis ac pomario in Pruelone sitis uel heredes eorum.

37. Ordinacio domini wolfrani.

Sciendum quod Magister Wolframus Cellerarius ecclesie augustensis zelo ductus pietatis et diuinitus inspiratus Festum beati Francisci cum noua historia ymno et Sequencia instituit in Ecclesia augustensi perpetuo sollempniter peragendum. Ob quod Duas suas Curias in Obermuetingen sitas quarum vnam colit dictus Botzzenhuser alteram fridericus. Donauit legaliter Capitulo Ecclesie memorate. Ita uidelicet quod de Redditibus predictarum Curiarum singulis annis in festo sancti Francisci Septem lib. den. cum XVIII den. distribuantur. Item Sciendum quod idem Magister Wolframus dedit Capitulo ecclesie augustensis duas Curias in Erringen. Quarum unam colit dictus ziegelbach. Alteram uero colit Cunradus filius Burchardi. Item ipse dedit predicto Capitulo XXX sol. den. aug. de Curia residencie sue perpetuo soluendos. Pro hiis omnibus peragenda sunt Tria anniuersaria scilicet domini Friderici de zolr quondam prepositi Ecclesie augustensis. Domini hainrici quondam Custodis ecclesie eiusdem ipsius magistri wolframi germani. Et sui ipsius cum decesserit ab hac luce.

38. Ordinacio domini Brunonis Episcopi.

Bruno Episcopus obiit. Qui Strubingen fratribus dedit in oblacionem et in remedium anime sue ut et ipsi fratres singulis diebus psalmum de profundis pro requie anime eius decantent et in anniuersario eius cum processione ad sepulchrum eius accedant et ibi uigiliam minorem expleant et missam celebrent oblacionem deo offerent. De hoc predio dantur annuatim. Centum et IV lib. et VIII sol. Ratisponensium. Centum maltera Tritici et Centum maltera siliginis.

39. Ordinacio domini hainrici kamerarii de Wellenburg.

Anno dimini MCCLXXII. VIII. Idus Maii Hainricus Kamerarius de Wellenburch obiit qui dedit de consensu agnetis uxoris sue necnon heredum suorum ecclesie predium in Aittingen situm cum aduocacia quod X mod. Tritici soluit annuatim de quo

debent dari XIII Vrne vini ut XIII vicibus per anni circulum memoria sui Et filii sui hainrici et quorundam progenitorum suorum locis debitis subscriptorum agatur sic quod cum placebo locus sepulture uespere uisitetur et missa pro defunctis post primam dicatur. Videlicet mensibus singulis subnotatis. Post discessum uero predicte agnetis una ex memoriis Kamerarii debet subtrahi et loco ipsius eiusdem agnetis anniuersario subrogari.

40. Berchtoldus Bachritter.

Berchtoldus bachritter obiit. Idem berchtoldus et vxor eius Elizabeth dederunt nobis pro remedio anime sue domum sitam iuxta ortum welsarii soluentem annuatim X sol. den. aug. cum omni iure proprietatis et adiacentibus. Item ordinauit de domo que est inter Calciatores qui dicuntur Wismaler nobis XV sol. den. aug. pro remedio anime sue dari ab heredibus eiusdem domus quam domum inhabitat zusmarhusen.

41. Ordinacio Berchtoldi dicti Haitzzer.

Anno domini MCCCLXXIII. In die sanctorum Gordiani et Epimachi obiit Berchtoldus dictus Haitzzer Capellanus altaris sancti Staphani et Socius chori Ecclesie augustensis. Cuius executores dederunt Capitulo LXVII lib. cum dimidia den. usualis monete. Et capitulum promisit celebrare anniuersarium suum singulis annis.

Item Capitulum promisit Festum sanctorum martyrum Gordiani et Epimachi qui speciales domini fuerunt predicti domini Berchtoldi sollempniter cum Campana chori et pleno officio celebrare singulis annis futuris temporibus.

Item executores supra scripti domini Berchtoldi haitzzer superaddiderunt et dederunt eciam Capitulo XII lib. den. monete usualis pro quibus Capitulum singulis annis dare promisit XV sol. den. in placebo.

42. Cunrat vlentaler.

Cuonradus Vlentaler Ciuis augustensis dedit nobis XII lib. den. in Empcione bonorum in Affeltrach ut memoria omnium animarum hodie uel ante immediate uel post immediate singulis annis in pauimento celebretur.

43. Marquardus vicarius.

Marquardus vicarius ecclesie augustensis dedit X marcas in empcione predii quod situm est inter sartores hoc pactu quod obtinuit de communi consensu Capituli quicunque pro tempore fuerit procurator domorum ecclesie in Ciuitate singulis annis in festo Penthecostes de censu predicti predii qui soluendus est in die Palmarum XX sol. conuertat ad ordinacionem suam.

44. Ordinacio hainrici dicti Stetzlinger.

Anno domini Millesimo CCCLI in die sancti Jeronimi dominus Hainricus sacerdos Rector ecclesie in Stetzlingen. Dedit Capitulo annum mortis prebende sue. Et VIII lib. den. ut inde dentur post obitum suum in anniuersario suo singulis annis in maiori vigilia XV sol. den. Et in missa pro defunctis XV sol. de nostris nouis bonis.

Item ipse dominus hainricus Rector ecclesie in Stetzlingen dedit Capitulo XXX lib. ut Festum sancti Kyliani et sociorum eius sollempniter cum propria historia ut in breuiario habetur cum Cantoribus et pulsacione ut in festis apostolorum celebretur.

Item ipse dedit III lib. den. ut Festum sancti Kyliani sollempnius solito celebretur.

45. Ordinacio domini Berchtoldi de witelshofen.

Berchtoldus Canonicus dictus de witolſhouen obiit qui leganit nobis annum mortis duarum prebendarum suarum que uendite fuerunt pro XX lib. den. Et hec XX lib. date fuerunt in redempcione bonorum nostrorum in dilingen.

46. Ordinacio domini hainrici Strume. Alias krof.*

Anno domini MCCCXII. Dominus H. Struma Canonicus Ecclesie augustensis obiit qui dedit nobis LXX lib. den. aug.

47. Ordinacio domini hainrici de Seuelt.

Anno domini MCCCXLIII proxima die ante diem sancti Vrbani obiit dominus hainricus de Seuelt qui dedit ordinauit Capitulo Curiam sitam in Hureloch quam colit Waerishouer.

48. Ordinacio domini Vdelscalci episcopi.

Vdelscalcus episcopus obiit qui dedit fratribus in oblacionem uillam totam in Erlingen· Item predium suum in Hetningen et aliud predium in Arzelun. Vnde fratribus tres karrede vini annuatim persoluuntur· Ad episcopatum vero omne predium suum quod ipse in Kissingen habuit cum ecclesia delegauit Item omne predium in Toetenried Item omnes homines suos utriusque sexus exceptis illis de Erlingen quos cum ipso predio Canonicis contraditit.

49. Ordinacio Cunonis plebani.

Cuno plebanus obiit qui dedit nobis annum mortis prebende sue que data fuit ad edificacionem noue domus ante sanctum, leonhardum de qua domo dabitur nobis I lib. den· aug.

50. Ordinacio eberhardi de Nidlingen Custodis.

Anno domini MCCCV quarto Idus iunii Eberhardus de Nidlingen Custos huius Ecclesie dicessit. Qui ditauit ecclesiam plurimis ornamentis quibus antea fuerat destituta penitus Videlicet ducentis paribus in Cappis Casulis Dalmaticis Subtilibus exceptis aliis ornamentis quibus hanc ecclesiam vna cum Orologio bono et bene instructo sublimauit. Qui eciam dedit nobis X lib· den· aug. in empcione possessionum in Kuetzenkouen.

* „Al. kr.“ manu recentiori script.

Sciendum quod Eberhardus de Tuomnawe Cellerarius ecclesie augustensis dedit nobis oblagium suum in Ledern videlicet duo bona quorum vnum colit dictus Wisner alterum dictus Krapf. Item dictus Wisner soluit de quodam promerio ibidem I sol. den. in die sancti Martini ut quicquid de hiis haberi possit soluto Canone in anniuersario domini Eberhardi de Nidlingen pie memorie quondam Custodis modo prescripto excepto dumtaxat astantibus et presentibus In vigilia minori in mane distribuatur quantum bursnario qui pro tempore fuerit expedire uideatur.

51. Ordinacio domini vlrici Burggrafii plebani.

Anno domini MCCCLVI XVIII Kal. Julii obiit Magister Vlricus Burggrauf Canonicus et plebanus huius ecclesie qui ob sue suorumque parentum animarum salute nobis dedit in prompta pecunia LXII lib. den. in anniuersario ipsius dentur presencie in vigiliis maioribus. In placebo in vigiliis minoribus et in missa pro defunctis.

Item in anniuersario Hainrici patris sui Kal. aprilis X sol. den. in missa pro defunctis.

Item in anniuersario Elysabeth matris sue VII Kal. Julii X sol. den. in missa pro defunctis.

Item Magister Chunradus Burggrauii Canonicus Ecclesie augustensis dedit Capitulo quatuor lib. cum dimidia den. pro tribus sol. den. ut pro ipsis vna libra cere pro Cereis ad anniuersarium fratris sui Vlrici Burggrauii plebani augustensis suprascripti singulis annis conparentur. qui non sufficiant Capitulum de suo superaddat.

52. Ordinacio domini Geroldi de Entzberg.

Anno domini MCCCLXXIV in Octaua ascensionis domini obiit Geroldus de Entzberg quondam plebanus huius Ecclesie qui ob remedium anime sue ac parentum suorum Capitulo donauit et presentauit XXXVII lib. den.

Item Executores prefati domini Geroldi de Entzberg dederunt eciam Capitulo XXV lib. cum dimidia den. pro quibus

Capitulum promisit dare in anniuersario suo iam dicto XXXIV sol. den. distribuendos.

Sciendum est quod idem prefatus dominus Geroldus de Entzberg plebanus et Canonicus Ecclesie augustensis zelo ductus pietatis et diuinitus inspiratus. Festum sancte Dorothee virginis et martyris Cum Noua hystoria ymno Alleluia et Sequencia instituit in Ecclesia augustensi perpetuo sollempniter peragendum. Ob quod LXXVI lib. cum dimidia lib. den. Capitulo ecclesie memorate in parata pecunia donauit. Ita videlicet quod pulsacio sicut in Festis apostolorum fiat et quod singulis annis in eodem festo sancte Dorothee virginis quatuor lib. cum XV sol. den. distribuantur.

Insuper sciendum est quod executores sepedicti domini Geroldi de Entzberg plebani huius Ecclesie ob remedium anime sue dederunt eciam Capitulo XV lib. den. ut processio que fit in vigilia sanctorum X milium martyrum que ordinata est per ottonem dictum Bermuller sicut patet in ipsius ordinacione eo gloriosius celebretur. Quapropter Capitulum promisit perpetuo singulis annis dare de bursa et de nouis bonis I lib. den. que sic in eadem processione cum XII sol. den. supranotatis in ordinacione ottonis distribui debent.

53. Ordinacio domini h. de Pfortzhain.

Anno domini MCCCXXIII obiit hainricus de Pfotzhain dictus Hattenberger huius ecclesie Canonicus qui dedit Capitulo XXVIII lib. den.

54. Ordinacio domini Gerungi de Wasserburg.

Item dominus Gerungus de Wasserburch Canonicus ecclesie augustensis dedit Capitulo Curiam suam sitam in Turhain spectantem ad oblaium. Que soluit annuatim XII maltera tritici X sol. den. et V sol. den. pro minutis seruiciis de frumento ab antiquo ceduntur ad Portam dominorum quatuor maltera tritici. Residui uero redditus distribuantur in anniuersario ipsius domini Gerungi.

55. Ordinacio domini Syfridi de algishusen episcopi.

Sifridus de Algishusen Episcopus Ecclesie augustensis obiit qui dedit ad Episcopatum Castrum in Pferse cum suis pertinenciis. Item Curiam in Artolvingen. Item molendinum in Ciuitate augustensi situm quod dicitur Pflaterlache. Item Capitulo donauit domum suam Quondam Burggrauii cum pomario et cum alia domo adiacenti quam tabularius inhabitat. Item aream quondam Marscalci de Donersperg contiguam turri ciuitatis et domum pistoris cum aliis domibus pertinentibus eidem.

56. Ordinacio domini krophonis decani.

Anno domini MCCCXXI in vigilia sancti Petri obiit dominus Kropho decanus qui ob remedium anime sue dedit Capitulo duas Curias in Bobingen et Kissingen sitas. De istis Curiis ordinauit ut in anniuersario sero in Longa uigilia dentur XXX sol. In Placebo XVI sol. In breui uigilia XVIII sol. In missa pro defunctis XXX sol. In Publica missa I lib. domino Decano II sol. Sacerdotibus altaris VIII den. Pro conparacionibus missarum II sol. Sociis pro Consolacione VI sol. et IV den. Fratribus dictis stulbrudern III sol. den. ad hospitale infirmis I lib. den.

57. Ordinacio domini hainrici de Menchingen.

In translacione sancti Thome apostoli Procurauit dominus hainricus dictus de Menchingen Cellerarius sancti Mauricii dari duos modios vnum Tritici alterum siliginis de bonis in Affeltrach in quorum empcione dedit XX lib. den. Et illi duo modii ante predictum festum secundum discrecionem sacerdotum altaris vendi debent et pecunia in eodem festo presentibus et tantum in choro astantibus.

58. Ordinacio domini Hartmanni episcopi.

Hartmannus Episcopus filius Comitis de Dilingen obiit qui legauit Capitulo ad communes usus prebendarum omnia iura Judicia dominia honores et homines cum suis appendiciis a villa

Blinthain et Gremhaim citra et ultra danubium usque ad villam Budlingen inclusiue. Item legauit nobis vniuersa bona cum areis et aliis attinenciis sibi in uilla Swenningen conpetentibus necnon iudicium eiusdem ville et hodie dantur II lib. den. de Ecclesia Menchingen sicut in Damasi die continetur. Dedit eciam ad Episcopatum Castrum et opidum Dilingen cum omnibus suis attinenciis cultis et incultis sicut in priuilegiis lucidius est expressum.

59. Ordinacio domini Alberti vicedomini in Strubinga.

Dominus Albertus Vicedominus in Strubinga obiit qui dedit nobis ex domo sua in Strubingen in foro sita quod wlgariter Fragengedmer dicuntur III lib. Ratispon. nouorum. Ita quod I lib. diuidatur hodie in anniuersario suo videlicet in sero in vigilia maiori VIII sol. in missa pro defunctis XII sol. presentibus tantum et astantibus in choro. Alie II lib. diuidentur in anniuersario domine Elizabeth uxoris sue. Et domini Alberti filii sui in utroque anniuersario I lib. Ratispon. simili modo distribuenda sicut superius expressum est. Hec peragenda sunt post mortem predictarum duarum personarum.

60. Ordinacio domini hainrici episcopi.

Memoria hainrici episcopi cum anniuersario successoris sancti Vdalrici qui dedit Gisenhusen fratribus in oblacionem ut ipsi pro anime eius requie cottidie psalmum. De profundis decantent. Et singulis annis ante anniuersarium diem ad horam uespertinam maiorem uigiliam deuote celebrent Et in anniuersario die iterum uigiliam breuiorem expleant et celebrata missa oblacionem omnes in commune deo offerant ut in vita sancti Vdalrici scriptum est et eo die dantur II lib.

Item de hoc predio dantur annuatim XXVI lib. Ratisponensium et oblaico XC den VIII quidem in Natiuitate domini et VIII in Pascha et VIII in Festo sancti Jacobi apostoli et in anniuersario II.

61. Ordinacio Werenheri de Gyslingen.

Anno domini MCCCIX In vigilia Margarete obiit Werenherus de Gyslingen socius chori dyaconus qui adhuc uiuens legauit nobis Curiam residencie sue in parrochia sancti Stephani quam ipse de nouo conquisiuit et construxit cum omnibus suis attinenciis. Item donauit nobis in empcione nouorum bonorum Centum et decem lib. aug. Item post mortem suam donauit nobis in promptu et in debitis sibi exsoluendis CCC lib. aug. et plus que similiter in empcione nouorum bonorum sunt conuerse.

Item procurauit sollempniter celebrari festum Margarete virginis Inuencionem sancti Stephani festum sancti Dyonisii.

62. Cunrat Fundeno.

Cunradus Fundeno et Agnes uxor eius in Assumpcione beate marię uirginis constituerunt dari de supradictis ortis Canonicus VIII sol. pro vrna uini et vicariis I sol. Scolaribus I sol. pro tortellis. Item contulerunt ambo ad officium Plebanie mensam unam in qua panis uenditur sitam ante Capellam sancte Katherine.

63. Marquardus magister frugum.

Marquardus socius chori dictus Magister frugum obiit qui dedit sancte marie predium suum quod habuit inter institas. Vicarii cum omni diligencia celebrent suum anniuersarium in mane cum minori vigilia.

64. Ordinacio domini Sifridi episcopi.

Syfridus Episcopus augustensis obiit qui dedit prebendam suäm in usus fratrum et hec uendita fuit pro LX marcis et hec date fuerunt in empcione domus iudeorum. Item dedit Curiam sitam iuxta sanctum uitum inde datur vrna vini. Sed quia edificia eiusdem Curie ex longa uetustate dilapsa et dirupta fuerant et quasi ad nichilum redacta. Et dominus Berchtoldus noster Concanonicus dictus de Witilhouen structuris lapidum ac ligno-

rum de propriis suis sumptibus ea quasi de nouo restaurauit. Statuimus et uolumus sicut ipse optinuit de communi consensu tocius Capituli die et termino iuxta consuetudinem nostram super hoc sibi prefixo ut quicunque sibi in eam Curiam succedat duas deinceps urnas uini nobis annuatim persoluat vnam uidelicet hodie ut suprascriptum est. Alteram uero post obitum ipsius Berchtoldi de Witelshouen in anniuersario eiusdem. scilicet in vigilia vrbani transfretauit.

65. Ordinacio domini Friderici de Schnait.

Anno domini MCCCXXXV die sancti Viti dominus Fridericus Snayt Canonicus huius ecclesie dedit Capitulo Balneum dictum aput Rotam et debentur dari et distribui pro anniuersario suo Quinque lib. den. prout instrumentum super hoc conscriptum plenius continet.

66. Ordinacio domini Cunradi de Rechperg.

Cuonradus de Rechperg summus prepositus huius ecclesie obiit qui dedit nobis XXIIII lib. aug. in bonis in Erringen emptis a Kamerario in Wellenburg. de eisdem bonis dantur hodie II *lib.* *den.* aug. presentibus tantum et astantibus in choro.

67. Ordinacio Cunradi Campanatoris.

Cunradus campanator socius chori obiit qui dedit nobis domum suam que uendita est pro LXX lib. den. aug. Inde dantur hodie in anniuersario suo XXXII sol. Item ipse et Haedwigis dicta Scrotlin dederunt nobis XX lib. inde dantur hodie similiter X sol.

68. Ordinacio domini Syfridi de Stainhain.

Sciendum quod anno domini MCCCLX in crastino sancte Vdalrici episcopi Dominus Syfridus de Stainhain Canonicus ecclesie sanus mente et corpore ob laudem et honorem beatissime dei genitricis uirginis marie ac ob sue progenitorum et consan-

guineorum suorum et omnium animarum fidelium remedium et salutem Capitulo ecclesie augustensis donauit et legauit bona subscripta sub modis condicionibus et ordinacionibus infrascriptis.

Primo donacione perfecta et inreuocabili Capitulo ecclesie augustensis prefate donauit et tradidit et omne ius suum in ipsum Capitulum transfudit. Curiam suam sitam in villa dicta Ostendorf in den veldern quam nunc colit Johannes dictus Raschart que ad ipsum omni ac pleno iure pertinuit et que ab omni advocacia et alio quolibet onere noscitur esse libera et secura. Quam emit pro C et XLIII lib. bonorum den. aug. que soluit annuatim quinque modios farris wlgariter dicto waitzen Septem mod. auene mensure augustensis iure et modo redditaum quod wlgariter dicitur herengult XII sol. aug. de pratis quod wlgariter wisgelt dicitur XL Caseos IV anseres XII pullos CC oua et II sol. den. pro enzenio siue honore quod wlgariter ain wisat dicitur prout in littera empcionis prefate Curie continetur quam litteram eciam in signum perfecte donacionis et tradicionis Capitulo assignauit.

Item simili modo ut supra Capitulo donauit et tradidit terciam partem Curie in Aittingen quam emit a dicto Engel pro LXXXX III lib. hall. bonorum et septum sol. minus IV hall.

Insuper post hec Capitulo legauit et ordinauit bona et res subscriptas. Primo videlicet redditus duorum modiorum siliginis duorum modiorum auene et metretam. olei mensure augustensis et VIII sol. den. aug. qui redditus procedunt et solui debentur ex curia abbatis et conuentus monasterii in wltenbach site in villa Elerbach quam nunc colit dictus Waeldishouer qui redditus per abbatem et Conuentum predictum ex causa permutacionis rerum oblaii quod in ichenhouen et ad Capitulum augustense pertinuit a quo prefatus dominus Syfridus prefatum oblagium habuit in dicta Curia sunt constituti ita quod ante omnia dicti redditus de dicta Curia sunt soluendi prout in littera permutacionis desuper facta plenius continetur.

Item legauit Capitulo Curiam suam canonicalem sitam extra muros ciuitatis augustensis in parrochia sancti Stephani.

Item legauit prebendam anni mortis sue. Que legata omnia et singula post mortem suam libere sine omni contradicione ad ipsum Capitulum deuolui debent et in ipsius utilitatem conuerti prout magis dinoscitur expedire.

Et ex predictis disposuit et ordinauit Primo ut anniuersarium domini Godfridi de Stainhain olim Canonici Ecclesie augustensis patrui sui quod erit IV idus septembris iuxta conswetudinem chori ecclesie augustensis sollempniter celebretur.

Item disposuit et ordinauit vt anniuersarium syfridi de Stainhain patris sui et Mehthildis matris sue simul celebretur singulis annis quod erit III Nonas Octobris.

Item prefatus dominus Sifridus disposuit ordinauit aut fieri uoluit ut post mortem suam quando predicta legata cum donatis ad ipsum Capitulum totaliter reuertuntur Quod tunc anniuersarium suum et officium sancte Gerdrudis sollempniter celebrentur iuxta modum et ordinacionem quem ipse dominus Sifrydus in vita sua uel sui executores post mortem suam duxerint ordinandum. Et tunc in eisdem anniuersario et officio dentur et distribuantur presencie iuxta ualorem et communem estimacionem bonorum predictorum Capitulo donatorum et legatorum uel adhuc dandorum uel legandorum iuxta consuetudinem Capituli hactenus obseruatam.

Item Curiam Canonicalem quam nunc inhabitat et que confinatur Curie Chunradi Russonis canonici post mortem suam dedit libere Capitulo et Capitulum de ipsa potest disponere prout vtilitatibus suis uidebitur expedire.

Obiit autem predictus dominus sifridus de Stainhain Anno domini MCCCLXII. III Kalendas septembris.

Item post mortem prefati domini Syfridi executores sui dederunt Capitulo in parata peccunia LXXI lib. den. Item Curia canonicalis antedicta uendita fuit per Capitulum pro quinquaginta tribus libris hall. et eadem peccunia per Capitulum est recepta. Item prebenda mortis sue per Capitulum est recepta et ad XLV lib. hall. estimata. De quibus omnibus et singulis Capitulum promisit dare et soluere de nouis bonis et de bursa singulis XVII lib. cum dimidia lib. den. aug. Quorum IV lib.

den. dantur in anniuersario domini Godfridi de stainhain. Et II lib. den. dantur in anniuersario patris et matris predicti domini Syfridi de Stainhain prout superius est ordinatum. Item IV lib den. dantur in officio sancte Gerdrudis quarum I lib. datur de sero presentibus in processione que habenda est ad sanctam Gertrudim. Sicut eciam habetur In ordinacione domini Johannis dicti Gunther. In matutinis XXX sol. den. Et in publica missa XXX sol. den. Item in anniuersario ipsius domini Syfridi de Stainhain dantur VII lib. cum dimid. lib. den.

69. Ordinacio hainrici de Zusmarhusen.

Hainricus de Zusmarhusen Vicarius chori dedit X lib. den. aug. ad reparacionem domus Judeorum accedente consensu et bona uoluntate tocius Capituli sub tali condicione vt decanus quicunque esset pro tempore de censu predicte domus iudeorum deinceps in die sancti Egidii reciperet vnam lib. et daret inde pro oblaio hodie vrnam vini et alteram vrnam vini in Exaltacione sancte Crucis. Et in utroque die sociis I sol. Sibi uero II sol. pro labore retineat singulis annis. Si uero Decanus negligens fuerit aliquando in procuracione indignacionem dei omnipotentis et beate marie virginis et omnium sanctorum tam in hoc seculo senciat quam in futuro.

70. Ordinacio domini Hermanni Decani.

Magister Hermanus de Saxonia Decanus huius ecclesie dedit Capitulo CCCC lib. den. pro quibus empti sunt redditus a Ciuibus augustensibus. Et CC lib. den. pro quibus empti sunt redditus a Magistro vlrico dicto Hofmair. Item CC LXIV lib. den. pro quibus empti sunt omnes redditus et obuenciones ecclesie Tainhusen pro dimidia parte. De quibus omnibus ad dei laudem et anime sue remedium ordinauit dare distribuciones et presencias singulis diebus quando missa peculiaris celebratur de beata uirgine per totum annum.

Item ordinauit quod de predictis die anniuersarii sui quolibet anno dentur due lib. pro griseis tunicis que dentur pauperibus qui dicuntur Stulbruder.

Item ordinauit quod de premissis habeatur lumen perpetuum ardens die et nocte in loco sepulture sue.

Item dedit quatuor Canonicis non habentibus uocem Capituli Centum lib. den. et annum mortis prebende sue quod eis redditus conparentur perpetui et eis equaliter diuidantur quater in anno Scilicet in Festis Pasche Jacobi Michahelis et Natiuitate domini.

Item dedit Centum lib. den. ut perpetui redditus conparentur et in principio cuiuslibet mensis diuidantur inter uicarios seu Socios chori.

Preter hoc dedit Capitulo Curiam in Hainrichshofen ut in anniuersario suo distribuantur due lib. den. et XIII sol. prout in Instrumento super hoc conscripto plenius continetur. Hiis additur dimidia lib. den. que datur de Curia Decanatus quam de nouo edificauit. Et distribuitur in anniuersario suo in placebo.

Quicunque uero predictas presencias indebite sine permissione iuris et preter consuetudinem Capituli ecclesie augustensis receperit indignacionem omnipotentis dei beate uirginis et tocius curie celestis se nouerit incursurum.

Premissorum executores sunt per eum ordinati domini Chunradus de Randeg Custos. Magister arnoldus plebanus et fridericus de Snayt archidiaconus et dedit eis potestatem assumendi coadiutores clericos uel laycos sicut uiderint expedire.

Fecit eciam plures pias largiciones alias ipsi Capitulo sicut in hoc libro patet cuilibet intuenti.

Sciendum est eciam quod CC lib. den. quas habuit Magister vlricus hofmair ut supra patet per eum restitute sunt Capitulo et ipsa pecunia inpensa est in conparacione bonorum et iurispatronatus Ecclesie Sybenbrunnen et diffiniuit Capitulum quod Tercia pars omnium redditnum qui possunt haberi de bonis eisdem datur ad presencias et alia que predictus dominus Decanus ordinauit perpetuo facienda.

Post hec nouissime executores predicti dederunt Capitulo de redditibus quos collegerunt ex predictis bonis et qui superhabundauerunt LXXI lib. den. in recuperacione bonorum in Sybenbrunnen Et Capitulum assumpsit sibi predicta quelibet totaliter exequenda de bonis eisdem et aliis quibuscunque. Et quod in anniuersario suo superaddantur III lib. et XIV sol. den. distribuende proporcionaliter in eodem et sic summa totalis tam de Curia in Hainrichshofen quam de Curia Decanatus erit VI lib. XIV sol. den.

Notandum est quod honorabilis uir dominus et Magister Hermanus Decanus Ecclesie augustensis spiritu sancto ductus dedit Capitulo eiusdem ecclesie LX lib. den. aug. sub ea forma seu modo quod Capitulum de nouis bonis et de bursa perpetuo det et soluat nomine suo Sex lib. den. et III sol.

71. Ordinacio domini Waltheri Episcopi.

Sciendum est quod dominus Waltherus Hochschlitz sacri Imperii Pisensis Capitaneus ac ecclesie augustensis Episcopus procurauit incorporari parrochialem Ecclesiam in Buchun augustensis dyocesis Capelle sancte Agnetis virginis ubi corpora parentum suorum plurima requiescunt et ordinauit ibi vicarium perpetuum qui seruiet choro cum condicionibus et consuetudinibus sicut ceteri vicarii.

Item sciendum quod idem dominus Waltherus dedit Capitulo CC et L lib. hall. in reconpensacione presenciarum ut eidem vicario sicut ceteris uicariis presencie distribuantur.

Item ordinauit quod dictus uicarius missam celebrare debet post horam primam et hora tunc melius sibi conpetenti.

Item ordinauit quod idem uicarius soluet singulis annis septem lib. den. in anniuersario domini Marquardi episcopi augustensis auunculi sui.

Item dominus Waltherus ordinauit quod in anniuersario suo distribuantur VII lib. den. eodem modo sicut supra proximo scriptum est ad quam solucionem uicarius nunc existens qui nocatur

iohannes haiden non tenetur sed eius successores et addatur I lib. cere ex ordinacione domini georii de hochdorff.

Item ordinauit quod idem vicarius soluat in anniuersario patrui sui domini Eberhardi de Tuompnawe huius ecclesie prepositi quinque lib. den.

Et est sciendum quod predictus dominus Eberhardus prius dedit ob remedium anime sue Capitulo domum Ruomlingerii in Noerlingen que soluit in omnem euentum annuatim III lib. hall. que distribuantur in anniuersario ad uoluntatem Capituli.

Item predictus dominus Waltherus et dominus hainricus Custos habebunt conferre predictam vicariam coniunctim uel diuisim quamdiu superuixerint. Ipsis uero mortuis tunc capitulum prouidebit secundum formam et modum ut fit in Ceteris vicariis.

Item predictus vicarius Capelle sancte Agnetis iurabit in ipsius recepcione ad sancta dei ewangelia quod non presentabit perpetuum uicarium ad Ecclesiam in Buorun nisi de consensu tocius uel Maioris partis Capituli et superuiuentibus predictis domino Walthero et hainrico presentabit ad uoluntatem eorundem uel alterius ipsorum.

72. Ordinacio Cunradi dicti Pfefflinger.

In empcione predii nostri in Grabun Magister Cunradus phisicus dictus Pfefflinger dedit X lib. den. aug. Inde hodie datur I lib. Et missa cantabitur pro anima magistri Cunradi supradicti et pro anima Wezelonis de Orlemunde.

73. Ordinacio Magistri arnoldi plebani.

Magister Arnoldus Augustensis Ecclesie plebanus obiit Anno domini MCCC XLV. V. Idus Octobris qui dedit et ordinauit Capitulo augustensis ecclesie oblagium suum in Bessenakker quod annuatim soluit in omnem euentum tres mod. siliginis tres mod. auene vnum mod. ordei et X sol. den. Preter unum mod. tritici qui debetur Capitulo.

Item dedit Capitulo annum mortis prebende sue qui conputatus fuit pro XVII lib. den. aug. Hiis addiderunt Executores ipsius V lib. den. et dimidiam. Ita quod in Anniuersario suo predictum frumentum in quantum se extendit et predicti den. singulis annis distribui debent.

Item idem Magister Arnoldus plebanus huius Ecclesie ordinauit celebrari festum sancti Pantaleonis cum campana chori sollempniter et pleno officio nouaque Sequencia.

74. Ordinacio domini haidprandi de haidegg.

Sciendum quod anno domini MCCC LXVII circa festum natiuitatis sancti Johannis Baptiste Nobilis dominus Haydbrandus de Haidegg Canonicus Ecclesie Baubenbergensis ob honorem beatissime marie uirginis et anime sue et omnium fidelium animarum remedum et salutem dedit Capitulo nostro Centum florenos auri. Et Capitulum promisit firmiter et sollempniter quamdiu predictus dominus uixerit singulis annis in crastino Concepcionis festi beatissime virginis Marie celebrare vnam missam pro salute sua et omnium uiuorum et dare de nouis bonis et de bursa quatuor lib. den. in supradicta missa presentibus distribuantur. Post eius uero mortem predicta missa est obmittenda et Capitulum promisit anniuersarium suum sollempniter celebrare et predictas IV lib. den. in anniuersario eius dare. Ita quod de sero in Maioribus vigiliis distribuantur presentibus due lib. den. Et fiat uisitacio ad sepulchrum bone memorie Rudolfi de Hurenhain prepositi ecclesie augustensis. Et in Missa pro defunctis de mane distribuantur alie due lib. den. presentibus more debito et consueto.

75. Ordinacio domini hainrici Imhoff.

Anno domino Millesimo CCC LXIX. In die sanctorum apostolorum Symonis et Jude obiit dominus hainricus Imhoff Canonicus ecclesie augustensis cuius executores ob remedium anime eius dederunt Capitulo LVIII lib. cum dimidia denariorum bo-

norum et dapsilium. Pro quibus Capitulum perpetuis futuris temporibus dare de bursa de nouis bonis promisit in anniuersario suo primo.

76. Ordinacio domini dymonis de Wilperg.

Anno domini MCCCLXXVI. VII Idus Nouembris obiit dominus Dyemo wiltperg Canonicus Ecclesie augustensis qui Capitulo donauit in pecunia numerata Centum florenos cum X florenis boni auri et legitime ponderis. Pro quibus Capitulum perpetuis temporibus futuris suum anniuersarium singulis annis celebrare promisit.

77. Ordinacio domini Cunradi de Gerenberg Decani.

Sciendum quod anno domini MCCCLXVII proxima feria tercia post festum annunciacionis beate marie virginis gloriose. Dominus Chunradus de Gerenberg decanus ecclesie augustensis propter deum et remedium anime sue et omnium fidelium animarum dedit Capitulo in bona numerata et parata peccunia nonaginta lib. den. Et Capitulum firmiter et sollempniter promisit anniuersarium suum more consueto sollempniter celebrare.

78. Ordinacio domini Cunradi de Esslingen.

Anno domini Millesimo CCCXLV. V. Idus Nouembris dominus Cunradus de Esslingen Canonicus huius ecclesie obiit qui dedit et legauit Capitulo XXX lib. den. ut in anniuersario suo singulis annis distribuantur.

79. Ordinacio h. Capellani s. Katherine.

Anno domini MCCCXIII hainricus presbyter Capellanus Capelle sanctorum Felicis et adaucti sancte quoque katherine dedit nobis in Conparacione bonorum nostrorum in otmarshusen VI lib. den. aug. ut perpetuo singulis annis post primas uesperas sancte katherine habita de choro processio ad iamdictam Capellam cum Responsorio.

80. Festum sancte katherine.

Nos Degenhardus Episcopus Augustensis et Eberhardus Custos Magister krafto Scolasticus magister Wolframus Cellerarius. Et Burchardus de Bach Ordinauimus celebrari festum sancte Katherine cum cantoribus et propria historia ita quod quilibet nostrum ordinauit solui VI sol. den. aug. Nos degenhardus de Curia in Artoluingen. Et Custos VI sol. den. de oblaio in Buoch et ego scolasticus de Grabun quod habeo de IV curiis ibidem quod dicitur habergelt. Et ego Cellerarius de curia residencie mee anteriori uersus sanctam Gerdrudin quam emi ab illo de Wildenrod.

81. Ordinacio Degenhardi episcopi.

Anno domini MCCCVII kalendas decembris obiit Degenhardus Episcopus augustensis qui dedit Capitulo curiam In Artoluingen sic quod vigilia maior in sero cantetur et distribucio presentibus de sero et de mane fiat quantum redditus eiusdem curie se extendunt vltra II lib. den. que distribuuntur in festo sancti Kyliani et VI sol. in festo sancte katherine. Residuum distribuatur.

82. Ordinacio domini ulrici de Katzenstain.

Dominus Vlricus de Kazenstain senior miles obiit qui dedit Capitulo augustensi in remedium anime sue et ut anniuersarium suum celebretur piscariam suam in Stainhain in fluuio Egwan cum suis pertinenciis de qua piscator qui pro tempore tenuerit eam deseruire debet singulis septimanis seruicium valens XII den. aug. secundum estimacionem reddituum dominorum. Et in quadragesima qualibet septimana duo seruicia exhibebit in eundem modum.

83. Ordinacio Johannis dicti Gunther.

Anno domini MCCCLV Johannes Guenther Sacerdos altaris sancti Gregorii et socius chori huius ecclesie ob anime sue re-

medium et salutem donauit et legauit dominis de Capitulo Ecclesie augustensis suas quatuor Curias sitas in Langenholenbach prope sanctum Leonhardum quas titulo proprietatis emit a domina Margareta. Relicta quondam Volkmari de Swarzenburch et suis heredibus pro C et XL lib. den. aug. soluentes annis singulis redditus subscriptos. due enim curie quas nunc colunt Cunradus et Vlricus fratres dicti Brivmaier.

Item terciam Curiam quam nunc colit Eberhardus zaach.

Item quartam uero Curiam quam nunc colit Cunradus dictus der Mair hinder der kyrchun.

Has predictas Curias cum omnibus iuribus et pertinenciis suis prefati domini et Capitulum ecclesie augustensis Post obitum Johannis prescripti tenere debent libere quiete perpetuo et pacifice possidere. verum premissa bona sano ductus consilio atque instinctu spiritus sancti legauit disposuit et ordinauit hac intencione pia et deuota quod perpetuo celebrentur et peragantur pro memoria eterna ipsius Johannis diuinorum obsequia et officia.

Et si legata predicta ad hec non sufficerent de Bursa et nouis *bonis* capituli sunt integraliter peragenda.

*Pr*edicte quatuor Curie In summa soluunt annuatim VIII mod. *silliginis* IV. mod. auene II mod. ordei III lib. et X sol. den.

Item ipse iohannes Guntherus ordinauit vt in Festo Corporis *Christi* singulis annis processio sollempnis habeatur cum uexillis et Cappis ad sanctum Johannem. Et Corpus Christi ibidem portetur a sacerdote.

Sciendum quod executores domini Johannis Gunther dederunt Capitulo Curiam sitam in Bobingen que fuit empta pro nonaginta lib. den. Et soluit III mod. silliginis et I mod. tritici et VI sol. den. Item dederunt Centum florenos.

84. Ordinacio Jacobi dicti Dott.

Dominus Jacobus dictus Dott Capellanus Cepelle sancte Katherine site in ambitu Ecclesie augustensis et socius chori ac Irmelgardis dicta Swerzerin dederunt Capitulo ecclesie augustensis bonum in Hugenhusen proprietarium et ab omni onere

liberum vsufructu ipsis pro tempore uite ipsorum reseruato. Inde altero ipsorum defuncto quamdiu alterum ipsorum superuixerit ipsius defuncti in anniuersario eius debet fieri memoria cum placebo et missa pro defunctis iuxta consweludinem chori. Ambobus uero defunctis eciam ususfructus predicti boni ad Capitulum deuoluitur cessare debet predicta memoria et tunc celebrabitur anniuersarium prefati domini Jacobi.

85. Festum sancti Nicolay.

Anno domini MCCXCVII Krafto de Nidlingen maior scolasticus augustensis ob remedium anime sue et uolens refundere siquam utilitatem quoquomodo habuit de Ecclesia augustensi ecclesiam in Kaetriswanch cum suis pertinenciis de consensu Episcopi et Capituli donauit ad scolastriam maiorem eiusdem ecclesie sic quod scolasticus qui pro tempore fuerit soluat annuatim tres lib. den. aug. in hunc modum distinguendorum vt in Festo beati Nycolai confessoris ad hoc ut sollempniter cum Cantoribus et territorio campana Capituli celebretur.

86. Festum Concepcionis beate marie virginis.

Concepcio sancte Marie debet sicut festa apostolorum sollempniter celebrari proinde Hainricus portnarius ciuis augustensis et anna uxor eius constituerunt nobis dari singulis annis XXXI sol. den. aug. ex Curia Vlrici villici in Ashain sita.

87. Ordinacio domini hartmanni Episcopi.

Nos Hartmannus dei graeia Ecclesie augustensis episcopus progenitorum fratrumque et sororum proprie salutis volentes prospicere Ecclesiam in Menchingen cum prebende et iure patronatus usufructibus Juribus et Justiciis. Domibus Agris et omnibus attinenciis quesitis et inquirendis ad prebendarum suarum perpetuos et communes usus. Dilectis nobis Capituli nostri dominis et fratribus sponte et libere donamus pleno Jure tam in spiritalibus quam in temporalibus regendam et perpetim possi-

denda Ordinantes igitur statuimus vt idem fratres nostri tam posteri quam presentes diem anniuersarium obitus nostri et Damasci pape dilectorum nobis quondam hartmanni Comitis de Dilingen patris nostri et dilecte Coniugis eius Wilburgis matris nostre. Necnon Tercio kal. aprilis Alberti et Ludwici fratrum nostrorum anniuersarios cum vigilia maiore in nocte et minore in die et missa pro defunctis Decano et duobus Canonicis ministrantibus celebrent reuerenter. Fratibus quoque huic celebracioni presentibus XXXII sol. den. aug. Sociisque siue Vicariis chori propter partem prebendarum V sol. Scolaribus II sol. et Conuersis I sol. ut orent. De prouentibus dicte Ecclesie Menchingen pro consolacione spirituali in singulis anniuersariis ministrentur ut sic dei gracia annuente spei et fiducie nostre memoria apud altissimum non silescat Amen.

88. Ordinacio domini Friderici de Richartzhofen.

Anno domini Millesimo CCCXLII In Crastino Natiuitatis beate uirginis Dominus Fridericus de Richartzhofen Canonicus huius ecclesie dedit capitulo X lib. den. ut ipso defuncto anniuersarium suum celebretur cum missa pro defunctis et quod presencie dentur.

89. Ordinacio Cunradi Amatoris quondam ciuis augustensis.

Cunrat Minner ciuis augustensis fundator et dotator Capelle in Cimiterio prope gradus anteriores Sanctorum Johannis ewangeliste Trium magorum Symonis et Jude apostolorum. Obiit autem Anno domini MCCCLXIV. XVI kal. ianuarii. Cuius capellanus Johannes dictus Kostentzer uicarius chori Augustensis pia ductus deuocione pro remedio anime ipsius superaddidit et donauit Capitulo XLII libras cum dimidia denariorum dapsilium ad illos X sol. den. qui sua a Relicta pro VI lib. den. a Capitulo dudum conparati sunt. Et sic pro illis in vniuerso XLVIII lib. cum dimidia den. Capitulum promisit anniuersarium eius perpetuo sollempniter celebrare.

90. Ordinacio domini Hainrici militis de hailigrab.

Hainricus miles dictus de hailigrab obiit qui dedit nobis XL lib. den. inde dantur III lib. den. de nostris nouis bonis uel de bursa videlicet ut XIV kal. Januarii anniuersarium ipsius et patris sui domini H. militis dicti de hailigrab celebretur.

91. Ordinacio domini Hainrici de Schonegg Episcopi.

Nota quod dominus hainricus de Schonneck Episcopus huius ecclesie dedit Capitulo Curiam sitam in Tyerdorf quam nunc colit dictus uischer.

Ita quod in anniuersario domini Vlrici episcopi fratris sui distribuantur VI lib. den.

Anno domini MCCCXLIII Sabbato ante ascensionem domini dominus Hainricus de Schonegg Episcopus huius ecclesie dedit et ordinauit Capitulo omnia et singula oblagia domini Waltheri de Lapide Canonici ipsius ecclesie de quibus dantur post obitum suum in anniuersario suo XII lib. den.

Item ordinauit de eisdem oblagiis dari II lib. den. post obitum domini Hainrici Strume ipsius ecclesie Canonici.

Insuper dedit Capitulo oblagium suum in Weltrishouen quod colit Ch. dictus vogel ut iidem redditus distribuantur in anniuersario suo cum redditus oblagii domini Waltheri de lapide ut supra proxime patet.

92. De predio in occidentali Aitingen.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod domini nostri Canonici emerunt quoddam predium in occidentali Aitingen scilicet Molendinum a domino hainrico de Liechtenberg cum suis attinenciis et omni iure et mansum de domina Ita Relicta domini Diepoldi iunioris de Aittingen et a filia sua. Inde soluuntur annuatim VI lib. den. aug. Quarum vna datur in anniuersario hermanni de Wartolfsteten quondsm scolastici. Et vna datur in anniuersario Vlrici Copponis. Et vna datur in anniuersario domini Richardi Et I lib. datur in Natiuitate domini. Et I lib. datur in die

Pasche. Sexta uero in anniuersario hainrici Cellerarii cognomine Huchink.

93. Ordinacio domini Vlrici de Aycham.

Anno domini MCCCXXIV die sancti Stephani dominus Vlricus de Aychem huius ecclesie prepositus obiit qui dedit ad melioracionem vicarie sancti Egidii X lib. den. Item dedit Capitulo huius ecclesie XL lib. den. aug. et XVI sol. den. pro tribus lib. soluendis de nouis bonis et de bursa dedit eciam redditus vnius libre de Curia quam nunc inhabitat Fridericus de Schnait persoluendos et istas quatuor libras ordinauit in anniuersario suo presentibus distribui.

94. Ordinacio Cunradi de Grafenegg.

Anno domini MCCCXXXIII feria Quinta post Andree Cunradus de Grafneck vicarius et socius chori huius ecclesie dedit Capitulo Centum lib. hallensium in empcione bonorum ecclesie in Sybenbrunnen. Tali condicione quod post obitum suum in anniuersario suo singulis annis distribuantur de sero in Maiori vigilia.

95. Ordinacio domini Cunradi de Graispach.

Anno domini Millesimo CCCXXXIX die sancti Gregorii dominus chunradus de Grayspach Canonicus huius ecclesie dedit Capitulo Centum et XXX florenos et VIII sol. hall. Qui conputati sunt pro LVI lib. et V sol. den. Tali condicione quod post obitum suum in anniuersario suo singulis annis distribuantur.

96. Ordinacio domini Marquardi ecclesie aquilegensis.

Notandum quoque quod dominus Marquardus de Randegg de valle kyrchein quondam Episcopus Ecclesie augustensis modo factus patriarcha Ecclesie Acquilegensis tradidit et donauit in redditibus Capitulo ecclesie prenotate triginta sex lib. den. aug. que debent dari et exsolui de omnibus bonis emptis et conparatis

per ipsum dominum Marquardum de peccunia sua propria intuitu persone et non ecclesie conquesita que idem dominus marquardus quondam Episcopus in Capitulum pleno iure transtulit ac eidem eciam appropriauit prout in litteris desuper confectis et sigillis tam Episcopi prefati quam Capituli signatis plenius et efficacius continetur hoc tantummodo conseruatis condicionibus infrascriptis quod anniuersaria dominorum subscriptorum perpetuo et singulis annis in Ecclesia augustensi deuocius celebrentur. Primo videlicet Anniuersarium ipsius domini Marquardi Episcopi. Deinde domini Eberhardi de Tumpnaw quondam prepositi ecclesie augustensis awunculi sui predilecti Et demum anniuersarium domini Engelhardi de Entzberg eciam quondam prepositi ecclesie augustensis amici sui karissimi.

Insuper idem dominus Marquardus episcopus ordinauit predicto suo altari reliquias sanctorum inclusas vni Barillo argenteo circumdato deaurato scilicet Reliquias sanctorum Symonis et Jude apostolorum. Bartolomei apostoli necnon Victoris martyris et hec Reliquie inter reliquias beate virginis marie reponi et muniri debent. Insuper predicte Reliquie Capellano predicti altaris cum requisierit presentari debent in hiis festis, sanctorum scilicet. Victoris martyris. Viti et sociorum eius. Katherine uirginis. Marthe uirginis necnon in dedicacione altaris sepe dicti et tunc iterum reponi ad locum predictum.

97. Ordinacio domini Eberhardi de Randegg. Custodis maioris ecclesie vacat.

Anno domini Millesimo CCCLXXV in Octaua corporis Christi dominus Eberhardus de Randegg Canonicus et Custos ecclesiae augustensis. Dedit Capitulo XXX lib. den. ob remedium anime sue et omnium parentum suorum ac pro anniuersario patris et matris sue recordacionum piarum. Et capitulum promisit dare de nocte in vigiliis maioribus perpetuo singulis annis de bursa et de nouis bonis I lib. den. et de mane in Missa pro defunctis I lib. den. presentibus tantum. Et domino Eberhardi de Randegg Custodi superuiuente anniuersarium predictum celebretur annuatim in die beate Barbare uirginis cum uisitatione ad

sepulchrum bone memorie domini chunradi de Randegg Custodis patrui sui.

98. Ordinacio domini Hainrici de Knoringen.

Sciendum est quod Anno domini MCCCLXXIV proxima die sabbati post diem beati Thome apostoli dominus Hainricus de Knoringen Canonicus ecclesie augustensis et dei gracia sanus corpore pure propter deum et remedium perpetuum anime sue omnium antecessorum et successorum suorum et omnium fidelium animarum Dedit Capitulo augustensi in bona numerata et parata peccunia septuaginta lib. den. cum decem sol. den. Et Capitulum promissit sibi firmiter et sollempniter anniuersarium patris sui Eberhardi de Knoringen et anne de Gerenberg matris sue piarum recordacionum more debito et consweto sollempniter celebrare singulis annis quamdiu predictus dominus Hainricus de Knoringen superuixerit proxima feria quarta ante Jnuencionem sancte Crucis. Et singulis annis in dicto anniuersario dare de Bursa et omnibus nouis bonis quatuor lib. den. cum duodecim sol. den. que hoc modo singulis annis pro tempore uite sue scilicet predicti domini hainrici de Knoringen in predicto anniuersario patris sui et matris sue distribuantur. Primo in Maiori vigilia de sero distribuantur XXX sol. den. In placebo uisitantibus sepulchrum in ambitu in quo patruelis eius eglolffus de knoringen requiescit in quo sepulchro eciam diuina gracia concedente requiescere adhuc intendit XV sol. den. Et fratribus sedium utrobique eadem nocte uisitandum predictum sepulchrum duo sol. den. Et de mane in minoribus uigiliis XV sol. den. Et in missa pro defunctis XXX sol. den. Sed cum predictus dominus hainricus de Knoringen mortuus fuerit predictum anniuersarium patris sui et matris sue amplius non celebretur sed tunc loco huius celebretur anniuersarium suum perpetue et singulis annis et modo predicto et die anniuersarii sui. Si uero tempore elabente eligeret sepelliri alibi quam in predicto sepulchro patruelis sui et in locis ecclesie consuetis ubi tunc alibi sepultus

esset ibidem eciam placebo esset habendum perpetue et modo supradicto.

99. Ordinacio Heinrici de Haolfingen.

Anno domini MCCCLXXVII Idus Septembris dominus Hainricus de haolfingen Canonicus ecclesie augustensis adhuc uiuens ob sue suorumque parentum animarum remedium et salutem Assignauit et donauit Capitulo Litteram seu priuilegium quod racione edificiorum siue structurarum a suis predecessoribus retroactis temporibus necnon ab eo in Curia sua Canonicali quam nunc inhabitat hucusque factarum octuaginta lib. den. aug. tangat. Insuper legauit eciam et tradidit Curiam eandem postquam dicesserit Capitulo prefato cum proprietatibus omnibus Juribus et pertinenciis vniuersis. Quare totum Augustense Capitulum nullo dissenciente tradicionis legacionis eiusdem et beneficii memores astrinxerunt se et obligauerunt perpetuis futuris temporibus celebrare annis singulis anniuersarium prefati domini H. de haolfingen eo defuncto. Item sciendum quod a Capitulo obtinuit quandocunque Curiam suam prescriptam Capitulo resignauerit eo superuiuente et donauerit quibuscunque cum circumstanciis ut prefertur. Quod tunc tam eo in uita existente quam defuncto prefatum eius anniuersarium annis singulis per omnia ut premittitur perpetuo est celebrandum.

100. Ordinacio domini Johannis dicti kostentzzer.

Anno domini MCCCLXXVI. V. Idus Nouembris Johannes Kostentzzer Bursarius et socius chori ob remedium anime sue et parentum suorum dedit in pecunia numerata Capitulo LXXIV lib. den. bonorum et dapsilium. Pro quibus Capitulum eius anniuersarium perpetuis futuris temporibus celebrare promittit.

101. Ordinacio hainrici de Mulhain.

Anno domini Millesimo CCCLXXIII in Crastino Epyphanie domini dominus hainricus de Mulhain sacerdos altaris sancti An-

dree et socius chori ecclesie augustensis superaddidit et donauit Capitulo XXII lib. ad illas C. lib. den. quas eciam Capitulo anno domini MCCCLXV integraliter tribuit. Pro quibus in vniuerso C. lib. cum XXII lib. den. Capitulum promisit perpetuis futuris temporibus singulis annis dare in anniuersario suo VI lib. den. cum II sol. distribuantur.

102. Ordinacio Cunradi dicti Wilbach.

Sciendum quod Chunradus Wilbach Capellanus capelle sancti Egidii socius chori Donauit Capitulo Decimam suam prouenientem et prouenire debentem de septem Curiis ville Burtenbach ualentem annuatim XII mod. siliginis usufructu pro tempore uite sue ac patris et matris sue cum distinctione subscripta.

Sciendum quod Cunradus Wilbach Cappellanus capelle sancti Egidii et socius chori donauit Capitulo donacione perfecta et inreuocabili. Decimam prouenientem et prouenire debentem de septem Curiis et earum pertinenciis sitis in villa Burtenbach et eius territorio communi estimacione XII Mod. siliginis mensure augustensis annuatim ualente sed quandoque plus prout ubertas temporis exhibebit.

Item Capitulum nolens esse ingratum usufructum dicte decime prefato Cunrado contulit iure personali quol wlgariter liptinch dicitur pro tempore uite sue tenendum possidendum et recipiendum tali eciam modo et tenore adiecto quod si predictum chunradum mori contingeret patre et matre uel altero ipsorum superstitis uel superstite derelictis Ipsum Capitulum medietatem usufructus dicte Decime contulit ipsis uel altero ipsorum pro tempore uite amborum uel alterius ipsorum tenendum et recipiendum et non ultra.

Item Capitulum promisit quod quando usufructus integer dicte decime ad ipsos reuertetur quod tunc de dicta decima et omnibus nouis bonis dabit annuatim X lib. den. aug. Primo in anniuersario ipsius Cunradi dabit V lib. et IV sol. den.

Sciendum eciam quod si prefatum Cunradum mori contingeret patre et matre uel altero ipsorum uiuentibus cum tunc medietas

usufructus dicte decime ad ipsum Capitulum reuertatur. Capitulum in anniuersario ipsius tantum dabit V lib. et IV sol. den.

103. Ordinacio hainrici dicti Aittinger.

Sciendum quod dominus Hainricus de Achmardingen dictus aytinger uicarius et socius chori huius ecclesie dedit Capitulo LIX lib. cum X sol. den. in bonis dictis Gerutin emptis a hartmanno de Burgaw propter quod post mortem suam et in anniuersario suo distribuantur.

Item anno domini MCCCLXXIII in vigilia beati Laurencii martyris idem hainricus aittinger socius chori et Capellanus sancti Leonhardi superaddidit et donauit Capitulo augustensi XVIII lib. cum XV sol. den. monete usualis ad illas L lib. den. quas eciam Capitulo anno domini MCCCLXVI in festo sancti Georii integraliter donauit.

104. Ordinacio Ottonis dicti Bermuller.

Notandum est quod Otto dictus Bermueller Capellanus altaris sanctorum decem Milium martyrum ob remedium anime sue eidem altari dedit pratum suum in villa Kyssingen suum iuxta molendinum ibidem et continet quinque dietas quod uulgariter tagwerk dicitur. Quod pratum wlgariter nuncupatur hansen anger quod ad ipsum iure proprietatis et omni honore pertinuit et ab omni onere iure aduocaticii ac quarumlibet exaccionum noscitur esse liberum.

Anno domini MCCCLXXX in die sancti Anthonini martyris obiit predictus Otto Bermuller cuius executores dederunt nobis et Capitulo nostro in promta et parata peccunia monete currenti XXIV lib. den. Inde datur I lib. den. in Missa pro defunctis in die anniuersarii ipsius singulis annis in perpetuum presentibus et astantibus in choro.

105. Priuilegium domini hermani Custodis s. Mauricii.

In nomine domini amen. Quia uirtutum premia merentibus tribui conuenit et deuocioni conpetens est mutua uicissitudine

conplacere Nouerint uniuersaliter singuli qui sua crediderint interesse. Quod nos S. de Mindelberg prepositus. Kropfo Decanus totumque Capitulum Ecclesie augustensis Conuenientes in Capitulo nostro vocati per sonitum Campane ut est moris tractatu sollempni necnon bona deliberacione prehabitis cunctisque sollempnitatibus adhibitis tam debitis quam consuetis Communiter nullo penitus discrepante Conuenimus vnanimi sentencia Quod ob deuocionem et magnam pietatem quam honorabilis uir Magister Hermannus Custos Ecclesie sancti Mauricii augustensis nobis exhibuit et fecit videlicet quia Curiam suam sitam in Hainrichshouen cum suis attinenciis quam tenuit quondam dominus hainricus dictus Kraog Miles eidem Magistro Hermanno Jure dominii uel quasi pertinentem nobis tradidit et donauit Jure quo sibi pertinuit perpetuo possidendam fruendam pariter et tenendam sibi promittimus sollempniter et spondemus legitime per presentes quod pro tempore uite sue de Granario nostro sibi persoluemus singulis annis infra festa sancti Michahelis et martini sex mod. siliginis quinque modios auene boni frumenti mensure augustensis et duas lib. den. aug. de bursa nostra contradicione qualibet pretermissa. Ipsoque magistro hermanno defuncto die quo dicesserit et singulis annis perpetuis temporibus in die qua fuerit ipsius anniuersarium celebrandum duas lib. et XIII sol. den. aug. confratribus et sociis chori nostri presentibus in diuino officio quo dies obitus sui celebrabitur promittimus eciam sollempniter per presentes quod in vigilia beate Lucie quo die perpetuo celebrabitur in ecclesia nostra dies anniuersarius Johannis et Gerdrudis ipsius magistri hermanni parentum dimidiam lib. den. aug. exnunc et quamdiu ipse magister Hermannus superuixerit ipso uero non existente integram lib. den. Canonicis et confratribus ecclesie nostre in Missa animarum presentibus diuidemus modis et formis quibus pro defunctis aliis in ecclesia nostra similia diuiduntur adhibitis in officio diuino sollempnitatibus tam debitis quam consuetis presens quoque priuilegium siue instrumentum ad librum oblagiorum nostrorum scribi fecimus in memoriam perpetue firmitatis et in euidenciam omnium premissorum atque testimonium

presentes dedimus Sygillo nostri Capituli fideliter roboratas. Actum et datum anno domini MCCCXIII. VI kalendas augusti.

106. Ordinacio Cunradi de Angelberg.

Sciendum est. Quod anno domini MCCCLXXX die Crastino Purificacionis gloriose uirginis marie Margareta de Angelberg uxor legitima Stephani dicti Munsterlin armigeri dedit nobis et Capitulo nostro in bona numerata et para peccunia. Octoaginta sex lib. den. cum dimidia lib. den. in remedium perpetuum anime quondam Cunradi de Angelberg armigeri fratris sui pie recordacionis et sepulti hic in ambitu nostro in sepulcro awnculi sui domini Cunradi de Gerenberg pie recordacionis quondam Decani Ecclesie augustensis et omnium antecessorum et successorum eius et omnium fidelium animarum Propter quod Capitulum firmiter et sollempniter promisit celebrare singulis annis anniuersarium predicti Cunradi de Angelberg proxima feria quarta ante diem beati Luce ewangeliste more debito et consweto.

107. Anniuersarium domini Cunradi dicti Muelich.

Dominus Cunradus Muelich socius chori obiit qui dedit nobis XV lib. cum dimidia den.

108. Secunda ordinacio Cunradi dicti Wilbach.

Nouerint uniuersi quos nosce fuerit oportunum Quod Anno domini MCCCLXXXIII. In Capitulo Ecclesie augustensis Decano et capitularibus ibidem presentibus discretus sacerdos Chunradus Wilbach Capellanus capelle sancti Egidii et socius chori per graciam dei bona et matura deliberacione prehabita dedit et obtulit ipsi Capitulo recipienti et consencienti pro remedio anime sue et omnium fidelium animarum donacione perpetua et irreuocabili Decimam suam In Gabelbachrutin Maiorem et minutam prout ad eum pertinuit quas emit a Hartmanno de Burgaw pro ducentis et XV lib. den. de bona moneta usufructu dictarum decimarum pro tempore uite sue plenarie sibi reseruato. Post

mortem uero ipsius chunradi postquam dictus usufructus ad ipsum Capitulum peruenerit promisit ipsum Capitulum bona fide tenere seruare dare et ordinare ordinaciones subscriptas.

Primo uidelicet quod in singulis annis perpetuis futuris temporibus In decem mensibus cuiuslibet anni prout nouit expedire celebrabit vnam missam de Corpore Christi cum omni honore.

Item ordinauit quod in octauo die commemoracionis animarum iterum in pauimento celebretur officium animarum.

Item dentur et addantur duo sol. den. ad duas sol. quos ipse Cunradus in suo anniuersario pro conparacione missarum prout moris est ordinauit ut plenius pro multiplicacione sacerdotum conparentur.

Item dedit Capitulo VIII lib. den. in parata peccunia ita quod in anniuersario patris sui quod erit et fieri debet in Crastino sancti Erhardi episcopi habeatur cum vna uisitacione ad sepulcrum ipsius.

Et quod ipsum capitulum bona fide promisit omnia singula predicta dare et exsoluere de omnibus et singulis redditibus burse et nouerum bonorum. Et quicunque uigilauerit et non seruauerit ordinaciones predictas sciat se indignacionem omnipotentis dei et gloriose uirginis marie non inmerito se incursurum.

Insuper ordinauit prefatus dominus cunradus wilbach de decima in Gabelbachrutin et de decimis septem Curiarum uille Burtenbach capitulo per eum donatis vt si aliquo anno dictarum decimarum vna ad distribucionem de se fiendam preut ordinatum per eum existit non sufficiat quod eodem anno quando et quociens hoc acciderit talis defectus de altera decima suppleatur.

109. Ordinacio domini Cunradi Ruessonis senioris.

In nomine domini amen. Nouerint vniuersi tam presentes quam futuri quod ego Cunradus Ruess senior Canonicus ecclesie augustensis de consensu et uoluntate honorabilium uirorum dominorum Ottonis de Sunthain prepositi Vlrici Burggrauii decani ac tocius Capitulo ecclesie augustensis considerancium sumptus graues et expensas quas in edificacione murorum horrei nec-

non domus et Cappelle ac aliorum quam plurium edificiorum de nowo in Curia mea Canonicali constructorum et erectorum prout In instrumento michi a dictis dominis de Capitulo super subscriptis tradito plenius enarrantur. Attendenciam nullum bonum irremuneratum debere permanere quinque libras sex solidos et IV den. aug. ut in moneta equali et tanti ualoris existente quas super dicta Curja et in ea edificatis me habere concesserunt tali ordine et modo ut in subscriptis continetur distribuendas ordinaui perpetuis temporibus duraturis scilicet quod successor meus immediatus ac omnes et singuli perpetuis temporibus in possessione dicte Curie constituti dare et distribuere tenentur singulis annis quatuor libras den. aug. in anniuersario meo.

In Cuius rei Testimonium Sigillum meum presentibus est appensum. Quibus omnibus et singulis supradictis. Ego Cunradus Ruess Junior Canonicus ecclesie augustensis ac plebanus in Strubingen frater domini Cunradi Ruossonis prescripti meum consensum expressum pure sponte ac ex certa sciencia adhibui et recognosco omnia et singula premissa de mea bona uoluntate per fratrem meum prescriptum ut sic ordjnata et facta fuisse. Et ideo presentes sigilli mei proprii appensione ex certa sciencia roboraui In testimonium omnium et singulorum premissorum. Datum anno domini MCCCXXXVII feria quarta proxima ante diem beati Georii martyris.

110. Anniuersium domini Burchardi De tettingen.

Sciendum est quod Anno domini MCCCLXXXXI prima feria secunda post dominicam Inuocauit. Dominus Vlricus burggrauii Tecanus dominus Haiuricus de Knoringen et dominus Johannes Vogt canonici dederunt nobis et capitulo nostro Centum libras denoriorum in promta et parata pecunia monete usualis. Quare nos et capitulum nostrum promisimus ipsis firmiter singulis annis celebrare anniuersarium domini Burkhardi de tettingen canonici quod erit in die Juliane uirginis sollempniter more solito et consueto.

111. Ordinacio domini C. de Menchingen.

Anno domini MCCCLXXXX in die sancti Narcisci episcopi obiit dominus cunradus de Menchingen canonicus huius ecclesie. Cuius executores dederunt nobis et capitulo nostro LXII lib. cum dimidia lib. denariorum monete usualis. Quare nos et capitulum nostrum promissimus dare singulis annis de bursa et de nouis bonis duas lib. den. cum dimidia lib. den. in Anniuersario predicti domini cunradi de menchingen.

112. Ordinacio magistri Johannis de Gerenberg.

Sciendum quod magister Johannes de Gerenberg pie recordacionis Obiit in die beate Juliane uirginis Anno domini M. CCC LXXXXIII. Cuius executores uidelicet dominus Hainricus de knoringen canonicus ecclesie augustensis. Et dominus cunradus de winpfen uicarius cori ecclesie augustensis dederunt nobis et capitulo nostro ecclesie augustensis pro remedio perpetuo anime predicti magistri iohannis et eciam animarum omnium antecessorum et successorum suorum C. lib. et XL lib. den. bonorum monete usualis in parata et numerata peccunia. Quare nos et capitulum promisimus et promittimus predictis executoribus predicti magistri iohannis dare de bursa et de nouis bonis capituli nostri quinque lib. den. singulis annis In die anniuersarii predicti magistri iohannis.

113. Ordinacio Mechtildis Witlingerin.

Anno domini MCCCLXXXXII. XIV kalendas ianuarii in crastino sancte prisce uirginis obiit Mechtildis dicta witlingerin. Que in remedium anime sue necnon duorum maritorum suorum scilicet hainrici de witlingen et ulrici de augusta ita quod ipsa predicta mechtildis witlingerin dedit capitulo ecclesie augustensis bona sua sita in walkershofen cum omnibus iuribus et prouentibus suis prout in littera desuper edita plenius continetur Vt ipsum capitulum singulis annis futuris temporibus distribuat presentibus et astantibus in choro secundum conswetum modum capituli. Item in anniuersario Hainrici de witlingen qui obiit anno

domini MCCCLXXXVIII. XIII. kal. augusti in crastino sancte christine uirginis distribuere debent ut superius sonet de nocte in maioribus uigiliis XXV sol. den. De mane in missa defunctorum XXV sol. den. Item in anniuersario ulrici de augusta qui obiit X kal. mensis augusti in die sancti appollinaris martyriis distribuere debent de nocte in maioribus uigiliis XXV sol. den. de mane in Missa defunctorum XXV sol. den.

114. Anniuersarium domini Marquardi de Randegg.

Anno domini MCCCLXXXXIV. In die sancti wilibaldi confessoris que est septima dies mensis Julii obiit dominus Marquardus de Randegg canonicus ecclesie augustensis et doctor decretorum. Qui dedit Capitulo ecclesie augustensis Centum et Triginta quinque lib. den. Tali condicione et pactu quod capitulum tenetur dare singulis annis IV lib. cum dimidia lib. den. de nouis bonis uel de bursa in anniuersario suo.

Notandum quod quondam honorabilis uir dominus Marquardus de Randeg decretorum doctor canonicus ecclesie augustensis tempore dum uixit constituit et construxit unam missam perpetuam celebrandam perpetuo super altari sanctorum viti et uictoris et sanctarum katherine et marthe quod altare construxit quondam reuerendissimus in Christo pater et dominus dominus Marquardus de Randeg patriarcha ecclesie Aquilegensis in ecclesia augustensi prefata. Quam missam prefatus dominus Marquardus doctor honorifice dotauit cum una decima empta pro sexcentis septuaginta tribus florenis vnacum quatuor libris tribus uidelicet diurnalibus una hyemali altero estiuali tercio communi sanctorum et quarto libro missali una manu scriptis. Ac una ornata preciosa videlicet Casula alba humerali stola et manipulo et eciam calice deaurato tali condictone apposita et adiecta quod capellanus pro tempore existens non debet predicta omnia libros uidelicet ornatum et calicem aut aliquod ipsorum uendere distrahere alienare seu modo aliquo ammutare et semper post decessum cappellani misse prefate ministri altaris chori ecclesie augustensis colligere debebunt libros ornamenta et calicem predicta et ea fideliter

seruare ipsaque cappellano extunc proxime presentando ad missam prenominatam totaliter presentare et pro tali labore et collectione per ipsos ministris facienda. Idem cappellanus taliter presentandus tenetur ipsis ministris dare et soluere quinque solidos hallensium dapsilium et purorum. Scriptum Anno domini M. CCC LXXXXVI die decima mensis marcii quarta Indicione.

115. De uicaria cappelle sancti Vdalrici.

Anno domini MCCCLXXXXVII. Indicione quinta die decima mensis februarii. De mandato domini vlrici burggrauii decani ecclesie augustensis conscripsi quod dominis canonicis ecclesie predicte in capitulo ipsorum ad sonum campane more solito congregatis capitulariter statuerunt et concorditer conuenerunt nullo ipsorum discrepante uel contradicente. Quod spectabilis uir dominus eberhardus de wartstain comes canonicus ecclesie prefate ac protunc officium uille in toedenried tenens et possidens et omnes successores sui id officium possidentes et tenentes omnino nullam habeant potestatem conferendi prouidendi ordinandi locandi transferendi bona sita in villa Totenried prescripta spectancia seu pertinencia ad cappellanum capelle sancti vdalrici contigue ecclesie maioris augustensis memorate ac ad successores eiusdem necnon uillanos et colonos eadem bona colentes annuatim ut ibidem moris est deponendi uel modo aliquo transmutandi preter uoluntatem capellani et suorum successorum uoluntatem nisi et inquantum bona supradicta subiecta sunt et subesse noscuntur iudicio uille supranominate. Quilibet uero cappellanus cappelle predicte hec prescripta expediat ad sui et suorum successorum comodum et utilitatem.

116. Ordinacio domini andree dicti Steck senioris.

Sciendum quod dominus andreas stek canonicus ecclesie augustensis dedit capitulo ecclesie augustensis donacione perpetua singulis annis perpetue redditus duorum plaustrorum feni ualde magnorum quorum plaustrorum feni singulis annis vnum

habuit de quibusdam certis bravtis in holtzhain spectantibus ad curiam capituli nostri uillicalem in holtzhain. Et alterum plaustrum eciam de quibusdam certis brautis habuit in holtzhain spectantibus ad curiam capituli nostri dotalem in holtzhain. Propter quod capitulum nostrum sibi firmiter promisit celebrare singulis annis perpetue duo anniuersaria sibi ipsi vnum quod singulis annis ipso uiuente celebretur pro patre suo quondam Cunrado dicto stecken et pro matre sua quondam dicta Anna Swinchristin piarum recordacionum proxima feria secunda post diem beati Lamberti aut sine dolo in tribus diebus proxime precedendibus aut in tribus diebus subsequentibus. Sed ipso defuncto sic celebretur die mortis sue perpetue sibi et omnibus antecessoribus et successoribus suis. Et secundum anniuersarium celebretur predilecto auunculo suo domino Martino Swinchrist eciam quondam canonico ecclesie augustensis singulis annis perpetue proxima Feria quarta ante diem beate Martini episcopi aut sine dolo in tribus diebus proxime precedentibus aut in tribus diebus proxime sequentibus. Insuper capitulum promisit eciam predicto domino Andree stecken singulis annis perpetue dare decem libras denariorum de omnibus bonis spectantibus ad bursam capituli nostri scilicet quinque libras denariorum ad anniuersarium suum prescriptum. hoc factum est anno domini MCCCLXXXXVI etc.

117. Ordinacio domini Johannis dicti Vogt.

Anno domini MCCCLXXXXVIII in die sancti Jeronimi confessoris Dominus iohannes vogt Canonicus huius ecclesie necnon vicarius domini episcopi dedit nobis et Capitulo nostro C. lib. den. Et nos et capitulum nostrum promisimus sibi firmiter pro nobis et successoribus nostris celebrare anniuersarium Hermanni descher patris sui Et anne matris sue singulis annis in die sanctorum decem Milium martyrum sollempniter. De nocte cum maioribus vigiliis.

118. Ordinacio domini Vlrici Burggrauii decani ecclesie augustensis.

Sciendum quod anno domini MCCCLXXXXVIII. In vigilia sancti Laurencii dominus ulricus burggrauii huius ecclesie Tecanus sana mente et corpore. Ob laudem et honorem beatissime dei genitricis marie ob sue progenitorum et consangwineorum suorum et omnium animarum fidelium ob remedium et salutem. Capitulo ecclesie augustensis donauit et legauit bona subscripta sub modis condicionibus et ordinacionibus infrascriptis.

Primo donacione perfecta et ireuocabili capitulo prefato donauit et tradidit omne ius suum ville in Lechhusen cuius medietas ad ipsum cum suis attinenciis pertinuit et pertinere dinoscitur prout hec et alia in litteris desuper confectis plenius continetur in ipsum capitulum transfudit. Ita tamen quod Tecanus qui pro tempore erit habebit medietatem prescripte uille cum suis accessoriis de qua annuatim capitulo nostro in omnem euentum soluet et deseruiet in proxima die post martini uel ad maius infra mensem proximum sequentem XV florenos bonos et legalis ponderis quos si non soluerit ut premittitur tunc post lapsum mensis cadit in duplum que indiferenter pariter a capitulo sine remissione et gracia exigantur. Ipso autem domino vlrico decano superuiuente habebit medietatem predicte uille ab eo empte sic tamen quod semper XV florenos deseruiat prout decanus post mortem ipsius deseruire tenetur.

Item dedit vnum saccum auene quam habuit de curia nostra in artelfingen Tecano qui pro tempore erit.

Item dedit Curiam suam in Mairshofen partim a bone memorie uiro domino eberhardo de Bandegg quondam custode ecclesie augustensis solutam sociis chori nostri modis et condicionibus infrascriptis.

Item donacione eciam ireuocabili et perfecta dedit tradidit et legauit decretum suum cum sexto et clementinis suis decanatui eodem modo et forma quod quicunque in decanum nostrum creatus fuerit inter alia statuta capituli iurabit prenominatos libros in uita et in morte dolo et fraude cessantibus et quantum in eo est futuro decano reseruare.

Item dedit seldam suam in Oberhusen ualentem duas metretas olei sacerdotibus altaris.

Item propter premissa et alia beneficia capitulo nostro a sepenominato vlrico decano multipliciter inpensa. Capitulum nostrum promisit sibi dare tam de nouis quam de antiquis bonis prout inferius describitur.

Item In anniuersario suo de nocte in Maioribus vigiliis distribuantur XXX sol. etc.

Item anniuersarium patris sui hainrici burggrauii qui de medio sublatus est anno domini MCCCLXXXX in vigilia Laurencii in Maioribus uigilis de nocte vna libra den. et de mane in missa pro defunctis vna libra denariorum.

Item in anniuersario magistri Cunradi burggrauii patrui sui quod erit Vigilia assumpcionis beate marie uirginis. In maioribus uigiliis de nocte I. lib. etc.

Item in anniuersario magistri iohannis de Emershofen baccularii sacre theologie consangwinei sui quod erit in vigilia sancte Elysabeth. In Maioribus uigiliis vna lib. in Mane in Missa pro defunctis I lib. den.

Item in anniuersario sophie de Emershofen matris sue scilicet predicti domini vlrici decani in Maioribus uigiliis de nocte vna lib. den. alia sunt prius ordinata prout in libro oblagiorum in vigilia iacobi reperitur.

Item festum corporis Christi celebretur tercia die mensis septembris cum officio consueto cum conpulsacione et cum aliis sicut de apostolis et distribuantur in uesperis due lib. den. etc.

Item in commemoracione sancti pauli. In matutinis I libra denariorum etc.

Item festum corporis Christi secunda uice celebretur X die mensis decembris sollempniter ut ante premissum est.

Item in festo decem Milium martyrum in Matutinis vna lib. den.

Item in visitacione beate marie uirginis in uesperis de nocte I lib. den. in Matutinis I lib. et in Missa I lib.

Item prefatus dominus Decanus ordinauit disposuit ac fieri et esse uoluit quod de Curia in Mairshofen habeant socii chori

annuatim pro consolacione quinque modios silliginis et V modios auene wlgariter nach herrengult reht. Quorum medietas distribuatur in anniuersario domini ulrici Burggrauii decani. Reliqua uero medietas in anniuersario domini Eberhardi de randegg custodis.

Item XXIIII sol. denariorum augustensium conputando XII den. pro sol. qui eciam soluuntur de predicta curia equaliter diuidantur sex dominis canonicis uoce capituli carentibus in anniuersario decani sepedicti.

Item quatuor metrete olei IV bisarum IV auce VIII pulli autumpnales equaliter diuidantur dominis et Canonicis sacerdotibus non habentibus uocem capituli.

Item tres floreni de prato molendini prope plakenburg quos michahel de agenwank habet in precariam ipso defuncto in duobus commemoracionibus festi corporis Christi de quibus superius fit mencio distribuantur sex sociis Lectoribus chori.

Item Nota. Quod gubernacio collacio institucio et destitucio curie prescripte unacum prato ad socios chori de cetero omni inpedimento cessante pertinere dinoscatur.

Item post mortem domini vlrici burggrauii decani debite *conscribatur* ordinacio misse capelle sancti vdalrici in dillingen *per* eum fundate.

Insuper sciendum est quod quamuis medietas ville in Lechhusen uendita sit Ludwico et bartholomeo dictis Hornlin carnificibus tamen ecclesia in Lechhusen cum omnibus iuribus suis decimis et aliis excepta est prout hec et alia in instrumento desuper confecto plenius continentur. Et de cetero decime prenominate ecclesie spectare debent ad decanum media pars et reliqua medietas sociis nostris sex lectoribus. Et piscina cum omnibus suis attinenciis cuius pro presenti duas partes dicti horand habent in feodum et terciam partem dictus ferg eciam habet pro feodo integraliter de cetero spectare debet decanatui ecclesie nostre post mortem domini Vlrici burggrauii decani secundum modum superius rescriptum. Item domum meam in diligen prope portam superiorem intrando ad dextrum latus super et circiter

murum opidi eiusdem situatam debent habere fratres mei scilicet perpetus et hainricus eo tempore quod vixerint. Post vero mortem ipsorum domus prenotata cum omnibus suis attinenciis spectabit et spectare debebit ad decanatum ad quemlibet decanum ecclesie augustensis tali condicione adiecta quod quilibet decanus in ewm persoluat et singulis annis ciuibus seu consulibus opidi in dilingen preconcepti vnum florenum Rinensem circa festum Georii martyris.

119. Ordinacio domini Johannis Riedrer.

Item sciendum quod dominus Johannes dictus Riedrer quondam vicarius domini episcopi disposuit et ordinauit Anniuersarium suum celebrari sollempniter singulis annis in perpetuum scilicet de nocte cum Maioribus vigiliis et placebo. Et de mane cum Minoribus uigiliis et missa pro defunctis in quibus presencie distribuantur secundum tenorem litterarum desuper confectis.

120. Ordinacio domini Berchtoldi dicti Schmidkemlin.

Item Dominus Berchtoldus Schmidkemlin socius chori humiliter petit primo quod anniuersarium suum scribatur in libro dominorum de capitulo quod post mortem suam erit celebrandum cum omni sollempnitate et presenciis ut anniuersarium domini sui iohannis dicti Riedrer secundum sonorem litterarum suarum.

Item secundo petit de domo habitacionis sue quam wlt dari et ordinari prebende sue perpetue ob remedium anime sue omnibus successoribus suis tali condicione quod annuatim detur vnus florenus capitulo ab omnibus successoribus ipsius.

Item predictus dominus berchtoldus habet vnam decimam de curia vna sita in Bobingen. Cuius proprietas pertinet gabrieli dicto vogelin ciui augustensi. Item illos reddittus scilicet de domo et decima prescripta petit sic ordinari et distribui. Videlicet ut octaua sancte Dorothee uirginis celebretur sollempniter perpetue ut in die eius.

121. Ordinacio domini Eglolfi De knoringen.

Sciendum est quod anno domini MCCCCIII proxima feria quinta post diem beati vdalrici episcopi dominus Eglolfus de knoringen Augustensis ecclesie canonicus et spirensis ecclesie prepositus licenciatus in decretis dei gracia sanus corpore pure propter deum et remedium perpetuum anime sue necnon antecessorum et successorum suorum ac omnium fidelium animarum disposuit dedit et ordinauit capitulo augustensi aduocaciam bonorum officii in Annhusen cum omnibus iuribus et pertinenciis suis prout in litteris desuper confectis suo proprio ac Wilhelmi germani sui necnon domini Hylpoldi militis patrui sui sigillis inpendentibus sigillatis plenius et efficacius continetur servandis tamen pactis et condicionibus subscriptis. Videlicet quod capitulum augustense singulis annis firmiter et sollempniter anniuersarium quondam Cunradi de Knoringen patris ac adelhaidis de Steppach matris predicti domini eglolfi piarum recordacionum more solito et consueto quamdiu prefatus dominus Eglolfus de knoringen supervixerit celebrare et peragere tenetur quarta die mensis septembris. Mortuo uero prescripto domino eglolfo predictum anniuersarium patris et matris suorum amplius non celebretur sed *tunc* perpetuo singulis annis die qua mortuus fuerit celebretur anniuersarium suum modo et ordine seruatis supradictis. Et fiet uisitacio sepulture ipsorum in loco ubi quondam dominus hainricus de knoringen patruus ipsius domini eglolfi requiescit ubi diuina permittente gracia requiescere intendit. Si uero aliam sepulturam in ecclesia augustensi ipsum eligere contingeret ibidem uisitacio eiusdem sepulture peragatur modo et ordine suprascriptis. Werum est eciam quod sepenominatus dominus eglolfus de knoringen tenetur de predicta aduocacia seu officio maiori in annhusen quam tenet de presenti nomine capituli augustensis et omnes in eisdem sui successores predicto capitulo augustensi singulis annis deseruire seu pagare III lib. den. augustensium Vt in libro oblagii de hoc plenius continetur. Et LII cum dimid. maltera siliginis.

Item sciendum est quod anno domini MCCCCIII dominus Eglolfus de knoringen licenciatus in decretis Augustensis et

Spirensis ecclesiarum canonicus. Nomine germani sui domini Eberhardi de knoringen licenciati in decretis quondam augustensis aystetensis et frisingensis ecclesiarum canonici. Necnon antecessorum et successorum suorum ac omnium fidelium animarum. Donauit et tradidit et numerauit capitulo augustensi in parata peccunia XXXVII cum dimidia libras den. aug. condicionibus et pactis seruandis subscriptis. Videlicet quod ipsum capitulum augustense singulis annis in vigilia kathedre sancti petri anniuersarium prefati quondam domini Eberhardi de knoringen celebrare et peragere tenetur. Et visitacio sepulture eiusdem fieri debet ad sepulchrum quondam domini heinrici de knoringen patrui dominorum Eberhardi et Eglolfi predictorum. Mortuus est autem idem dominus eberhardus de knoringen. Anno domini MCCCC die uero supradicta que erat XXI mensis Februarii.

122. Ordinacio domini Waltheri prepositi ecclesie augustensis.

In nomine domini amen. Nos vlricus Burggrauii decanus totumque capitulum ecclesie augustensis recognoscimus et constare uolumus vniuersis. Quod anno domini MCCCCIV XII die mensis aprilis mane hora consweta in loco capitulari ecclesie augustensis ad sonum campane ut moris est capitulariter congregati. Considerantes sumptus graues et expensas quas uenerabilis dominus waltherus schubel noster et ecclesie nostre augustensis prepositus decretorum doctor fecit in edificando et construendo de nouo sollempniter domum et Curiam in ciuitate augusta sitam et ad preposituram ipsius ecclesie augustensis spectantem ad eiusdem domini waltheri prepositi nostri instantem et humilem petitionem consensimus et nostram uoluntatem concorditer et vnanimiter nemine discrepante adhibuimus ac adhibemus et consentimus concessimus et concedimus quod prenominatus dominus waltherus prepositus noster in et super dicta curia ac domo prepositure ipsius ecclesie augustensis et in eis edificatis necnon in omnibus et singulis bonis nouis et antiquis ad preposituram ecclesie augustensis predicte spectantibus perpetuo habere debeat atque debet tres libras magnas et decem sol. denariorum

augustensium seu in moneta equiualenti et tanti ualeris in ciuitate augusta currenti quas predictus dominus Waltherus prepositus noster de consensu et uoluntate nostra tali ordine distribuendas disposuit et ordinauit perpetuis temporibus duraturis scilicet quod omnes et singuli sui successores prepositi ecclesie augustensis de predictis curia domo et bonis omnibus et singulis preposiiture ecclesie augustensis predicte perpetuis temporibus dare et distribuere teneantur singulis annis tres libras magnas et decem sol. denariorum augustensium in anniuersario predicti domini Waltheri prepositi nostri quod quidem anniuersarium nos et capitulum nostrum pro nobis et successoribus nostris promisimus firmiter celebrare.

123. Anniuersarium domini ottonis de sunthain prepositi ecclesie augustensis.

Sciendum est quod anno domini millesimo CCCLXXXXVII. in crastino sancti laurencii obiit dominus otto de Sunthain prepositus ecclesie augustensis. Et propter remedium anime sue ex obligacione naturali qua capitulum obligabatur domino ottoni de sunthain fratrueli suo canonico augustensi pro euisdem obligacionis solucione dominis friderico Burggrauii preposito vlrico burggrauii decano, totique capitulo augustensi ad hoc per campane sonum more solito et consueto congregatis idem prepositus decanus ac totum capitulum capitulariter congregati disposuerunt ordinauerunt et concordauerunt vt perpetuis temporibus in anniuersario prefati domini ottonis prepositi de sunthain de sero in maioribus uigiliis dentur XXX solidi.

124. Ordinacio Conradi Flieger canonici ecclesie Augustensis.

Sciendum est quod Conradus flieger canonicus huius ecclesie donauit Capitulo donacione perfecta et irreuocabili bona sua subscripta. Primo vnum pratum quod continet triadietaria in wlgari tagwerk et vnacum media dietaria pratorum que omnia sunt situata in phaffenhouen prout in suis litteris empcionis desuper confectis lacius continetur. Item vnum pratum quod continet duo dietaria situata in Wertungen prout in suis litteris

24*

empcionis desuper confectis plenius continetur. Item duos florenos renenses perpetui census ex certis bonis quondam Johannis naechbwr in Riblingen situatis videlicet ex agris et ortis prout in suis litteris empcionis desuper confectis plenius continetur.

Item capitulum promisit prefato Conrado flieger quod post mortem ipsius Conradi de dictis bonis et omnibus nouis bonis annuatim in anniuersario ipsius Conradi distribuere uellet et teneretur de nocte in Maioribus uigiliis XVI sol. den. VIII den.

125. Anniuersarium domini Eglolfi de knoeringen.

Anno domini MCCCC octauo. Obiit Eglolfus de knoeringen prepositus Spyrensis et Canonicus augustensis ecclesiarum. Qui dedit Capitulo augustensi Aduocaciam bonorum officio in Annhusen. Inde in eius Anniuersario singulis Annis distribui debent de bursa dominorum et omnibus nouis bonis Capituli augustensis presentibus tantum due cum dimidia libre den. augustensium.

126. Anniuersarium Hainrici de haulfingen Canonici ecclesie Augustensis.

Anno domini MCCCCVII. IX. kalendas octobris obiit dominus Hainricus de haulfingen quondam canonicus ecclesie Augustensis qui curiam suam canonicalem cum omnibus suis attinenciis ordinauit et dedit capitulo iamdicte ecclesie pro quo Nos fridericus Burgrauii prepositus Vlricus Burgrauii Decanus totumque Capitulum ecclesie predicte firmiter promisimus pro nobis et successoribus nostris celebrare anniuersarium dicti domini hainrici singulis annis futuris temporibus perpetue.

127. Anniuersarium domini Cuonradi Berlin de wimpina vicarii Chor. Aug.

Sciendum est quod dominus Cuonradus Berlin de wimpina uicarius chori augustensis Altaris sancti Nicolai Obiit in die marie magdalene Anno domini MCCCC octauo. Cuius executores dederunt nobis et Capitulo nostro ecclesie augustensis pro

remedio perpetuo anime predicti domini Cunradi et eciam omnium antecessorum et successorum suorum Sexaginta florenos Rinenses boni auri et legalis ponderis in empcione nostri bone in zusemalthain quod emimus et conparauimus a hartmanno dicto fritag de holtzhain. Item insuper dederunt nobis et nostre Capitulo uiginti quatuor florenos Rinenses boni auri et legalis ponderis in parata et numerata pecunia. Quare nos et capitulum nostrum promisimus dictis executoribus predicti domini Cuonradi dari de bursa et omnibus antiquis et nouis bonis Capituli nostri tres magnas libras et quinque solidos denariorum Aug. singulis annis in die Anniuersarii predicti domini Cuonradi.

128. Anniuersarium Johannis Appotecharii.

Anno domini Millesimo CCCC septimo. In die sancti Galli Obiit Johannes Appotecharius Qui dedit nobis Centum aureos pro quibus empta est vna Curia in holczhain. Et ideo in celebracione Anniuersarii sui singulis annis distribuuntur Quatuor libre Augustens. de Bursa.

129. Ordinacio domini Vlrici Burggrauii Decani.

Sciendum est Quod anno domini MCCCC. Nono in die *Marthe* uirginis uenerabilis uir dominus Volricus Burggrauii decanus noster nobis tradidit et donauit in parata pecunia C. florenos Rinenses boni auri legalis ponderis pro quibus sibi promisimus et promittimus per presentes pro nobis et successoribus singulis annis perpetuis futuris temporibus pro salute et remedio anime sue dare duos modios tritici ex bursa nostra ad conparandum et ordinandum de eodem frumento unam largam annuatim In die Assumpcionis beate Marie uirginis uel post proxima die sequenti in curia decanatus nostre donandam.

Nos Fridericus Burggrauii prepositus Totumque Capitulum Ecclesie Augustensis Recongnoscimus et notum facimus uniuersis publica presentes. Quod dominus Vlricus Burggrauii Decanus noster. Domum paruam in angulo curie sue decanatus annexam circa fontem antiquitus pixtrinam nominatam uersus curiam pre-

positure et circa portam beate Marie uirginis situatam cum paruo orto et omnibus aliis suis pertinenciis libere et pure Ad uicariam perpetuam seu altare sancti nicolai In dicta Augustensi ecclesia ad collacionem ipsius domini decani nostri et successorum suorum spectantem perpetuis futuris temporibus tradidit et irreuocabiliter donauit. Sic et taliter quod quilibet dicti altaris uicarius deinceps predictam domum paruam cum suis attinenciis inhabitare possit et ualeat et eam uti sicut est consuetum de aliis talibus domibus et Curiis sine omni inpedimento ipsius domini Decani. Capituli nostri atque omnium successorum nostrorum Tali tamen condicione adiecta. Quod quilibet uicarius eiusdem altaris qui pro tempore fuerit eciam perpetuis futuris temporibus Anno quolibet dare tenetur et exsoluere nobis et successoribus nostris ad oblayum nostrum vnam urnam uini que ualet VIII sol. den. August. contradicionibus et rebellionibus quibuscunque semotis. Sciendum est eciam quod quilibet decanus noster seu alii in predicta curia Decanatus existentes habeant perpetuis futuris temporibus unum transitum libere intrandi et exeundi secundum necessitates ipsorum Ad fontem ipsius parue domus. Similiter et alii uicini prout hucusque fuerit consuetûm et deductum sine inpedimento ipsius prebende cuiuslibet Vicarii.

130. Octaua omnium sanctorum.

Notandum est quod anno domini Millesimo CCCC. IX dominus cristoforus alias dictus Nobis minister altaris chori ecclesie augustensis dedit dominis de capitulo eiusdem ecclesie Quinquaginta duas lib. cum dimidia den. augustensium Vt octaua omnium sanctorum per chorum ecclesie predicte peragatur cum omni sollempnitate velut festa apostolorum.

131. Ordinacio domini petri Bienczenawer prepositi in Berhtoltzgaden.

Notandum est quod dominus petrus Bientzenawer prepositus in berhtoltzgaden dedit capitulo Sexaginta florenos Renenses in quondam curia sua canonicali aput sanctum egidium situata pro

quibus nos fridericus Burggrauii prepositus. Vlricus burggrauii decanus Totumque capitulum ecclesie augustensis firmiter promisimus pro nobis et successoribus nostris celebrare anniuersarium dicti domini petri singulis annis ipso uiuente feria quarta post iacobi et deinde post obitum suum perpetuis futuris temporibus quolibet anno in ipsa die sui obitus vel proxima sequente.

132. Ordinacio domini hainrici waeringer.

Sciendum est quod dominus hainricus waeringer de campidona canonicus ecclesie augustensis sanus corpore et mente anno domini Millesimo quadringentesimo decimo in die vndecem milium virginum dedit nobis et capitulo nostro ecclesie augustensis pro salute et remedio perpettuo anime eius et omnium fidelium defunctorum quinquaginta tres aureos boni auri et legalis ponderis in empcione decime curie nostre in graben quam dictus schmid iam colit singulis annis soluentis duas scafas siliginis et vnam scafam auene et prouentuum de eadem curia scilicet singulis annis soluencium duas scafas auene tres metretas tritici et tres solidos den. wlgariter gattergelt que omnia emimus et conparauimus ab otilia holtznerin de landsperg prout littera empcionis desuper confecta plenius exponit. Insuper predictus dominus hainricus dedit et tradidit nobis triginta septem aureos boni auri et legalis ponderis in prompta et numerata pecunia. Quare nos et capitulum nostrum sibi promisimus dari de bursa et omnibus antiquis et nouis bonis capituli nostri tres magnas libras et duodecim sol. den. aug. singulis annis eo viuente in die vndecim milium virginum.

133. Ordinacio domini anshelmi de Nenningen custodis.

In nomine domini amen. Nouerint vniuersi qui sua crediderint interesse quod ego anshelmus de nenningen canonicus et custos ecclesie augustensis attendens quod iamdicte ecclesie et custodie ad antidota teneor et vicissitudinem a qua me cognosco beneficia recepisse de consensu pariter et auctoritate virorum honorabilium et dominorum dominorum Friderici burggrauii pre-

positi vlrici burggrauii decani neonon tocius capituli ecclesie augustensis ad hoc more solito conuocati singulis eciam sollempnitatibus adhibitis que requiruntur in talibus tam de consuetudine quam de iure. Curiam meam canonicalem quam nunc inhabito situatam ex opposito noui chori et declinantem aliqualiter ad latus meridionale ecclesie augustensis supradicte quam eciam per conmutacionem trium aliarum curiarum canonicalium prout in libro iurato pro curiis canonicalibus eiusdem ecclesie augustensis continetur conquisiui ipsamque magnis expensis et laboribus refeci pariter et extruxi dono trado et deputo iure perpettuo custodie seu successoribus meis custodibus realiter et perpettuo cum omnibus suis iuribus et pertinenciis possidendam saluo tamen iure capituli predicti cui debentur decem libre denariorum augustensium quociens predicta curia nouo custodi successiue fuerit assignata ad quorum solucionem perpettuo teneatur sicuti et aliarum curiarum canonicalium moris est et eciam quod prefata curia ad solucionem aliorum onerum et redditnum teneatur legittime pro quibus capitulo prius existit obligata qui per quemlibet et singulos successores meos sine diminucione effectualiter persoluantur. hanc itaque donacionem tradicionem et deputacionem facio constituo et ordino ut prescribitur uolens ordinans et disponens quod ego aut alter canonicus predictam curiam possidens singulis annis temporibus vite mee circa festum assumpcionis beate virginis pro anniuersario parentum meorum et post obitum meum cessante celebracione parentum meorum omnes et singuli successores mei custodes qui predictam curiam possidebunt singulis annis perpettuo quatuor libras augustensium persoluant in anniuersario deposicionis mee ita ut anniuersarius parentum dum vixero aut meus post mortem more solito per chorum ecclesie augustensis predicte peragatur. Volo insuper ordino et dispono quod si quacunque de causa cedere me contingeret custodie predicte curiam tamen eandem cum suis pertinenciis possim pro tempore vite mee quamdiu canonicus fuero retinere necnon pacifice possidere contradiccione qualibet non obstante. Nos itaque fridericus burggrauii prepositus vlricus burggrauii decanus to-

tumque capitulum ecclesie augustensis omnibus premissis vnacum predicto domino anshelmo canonico et custode nostro legitime consencimus et diffinimus ordinamus et statuimus ut hec in perpetuum inuiolabiliter obseruentur. ideoque hec omnia et singula ad librum nostrum oblagiorum in quo ceteri anniuersarii continentur per nostrum iuratum notarium fideliter conscribi fecimus ut per nos et successores nostros amodo et in perpetuum realiter obseruentur. Actum factum et ordinatum anno domini M. CCCCXI. feria V. ante festum penthecostes.

134. Anniuersarium domini iohannis Eirbach.

Johannes eirbach subdyaconus obiit feria quinta proxima post gordiani et epimachi anno domini Millesimo Quadringentesimo duodecimo qui dedit capitulo ecclesie augustensis octuaginta aureos renenses pro suo anniuersario celebrando de nocte cum maioribus vigiliis et placebo et de mane cum vigiliis minoribus et missa pro defunctis et quod in singulis vigiliis maioribus et minoribus et placebo et in missa per bursarium presencie dentur more solito ut in anniuersariis aliorum qui quatuor presencias ordinarunt et insuper vna candela procuretur continens libram cere que ardeat more consweto in vigiliis et in missa defunctorum. Hec prescripta domini de capitulo per sonum campane more solito in loco capitulari capitulariter congregati promiserunt et statuerunt annuatim perpetuis temporibus obseruari mandaueruntque illa conscribi ad librum oblagiorum per notarium iuratum chori ecclesie predicte ut hec omnia et singula singulis annis efficaciter obseruentur.

135. Ordinacio domini georii de Hochdorf.

Dominus georius de hochdorf canonicus ecclesie augustensis obiit in die sancte scolastice anno domini Millesimo Quadringentesimo nono qui curiam suam canonicalem legauit et ordinauit domino Johanni de Riethain canonico ecclesie eiusdem tali modo ut ipse post sui obitum dare et persoluere deberet capitulo ma-

torie ecclesie predicte ducentos aureos renenses bonos et legalis ponderis pro quibus ordinauit et disposuit eundem ut infra plenius continetur. prefatus quoque dominus Johannes de Rechain post decessum predicti domini georii de hoclidorf supra dictam summam aureorum capitulo ecclesie prefate totaliter persoluit Ideoque domini de capitulo capitulariter congregati per sonitum campane ut moris est statuerunt et promiserunt ut annuatim anniuersarium prenominati domini georii de hocbdorf peragatur et celebretur per chorum ecclesie augustensis supradicte die qua supra.

136. Anniversarium domini Burkardi episcopi Augustensis.

Anno domini Millesimo Quadringentesimo quarto mensis marcii die nono vbi in kalendariis secundum ordinem litterarum ferialium continetur E littera que isto anno fuit dominicalis et cantabatur in ecclesia dei dominica in media quadragesima letare Jerusalem tunc obiit Reuerendus in Christo pater dominus Burkardus episcopus huius ecclesie et fuit publica vox et fama quod tempore electionis sue quando in episcopum fuit electus eodem die dominico in kathedram fuit exaltatus episcopalem sic quod a die exaltationis sue vsque ad diem obitus sui annos triginta feliciter compleuit ecclesiam in bono statu relinquens. Pro cuius anime remedio venerabilis dominus fridericus de ielenbach frater suus huius eciam ecclesie canonicus et celerarius cum venerabilibus dominis friderico burggrauii preposito Gotfrido harscher decano totoque capitulo augustensi per campane sonum ad hoc more solito et consweto in loco capitulari capitulariter congregatis cum dimissione quorumdam debitorum quibus capitulum prefato domino friderico sub certa summa racione sui officii obligabatur ipsis omnibus consencientibus et nullo penitus discrepante amicabiliter concordauit quod idem prepositus decanus ac totum capitulum ut supra capitulariter congregatum cum debitis sollempnitatibus que in talibus fieri solent atque fieri debent disposuerunt et ordinauerunt ut perpetuis temporibus in anniuersario prefati domini burkardi episcopi de sero in maioribus vigiliis dentur triginta sol.

137. Ordinacio domini waltheri Brueler.

Sciendum est quod dominus Waltherus Brueler canonicus ecclesie augustensis obiit In vigilia sancti andree apostoli anno domini Millesimo CCCCXIII. Cuius executores ex eius ordinacione donarunt capitulo dicte ecclesie pro remedio perpetuo anime sue quindecim Jugera agrorum situatorum in Binswangen. Annuatim iuxta communem estimacionem solvencium Quatuor siligines et quatuor avene schaffas prout huiusmodi agri specificati et nominati Ac alia prescripta suis modo et forma in litteris empcionis desuper confectis prefato capitulo traditis plenius continentur. Exinde ob salutem anime dicti Waltheri Capitulum prenominatum ordinavit et voluit celebrari ac decantari annuatim per supposita dicte ecclesie more solito temporibus perpetuis In anniversario eius Celebrando circa festum sancti andree apostoli ante uel post ad sex dies In nocte longiores vigilias Et placebo de mane vero vigilias minores Cum missa pro defunctis ut moris est.

138. Ordinacio domini Ottonis de Sunthain.

Sciendum est quod anno domini MCCCC sexto decimo VIII kalendas marcii Executores honorabilis viri domini Ottonis de Sunthain Canonici ecclesie Augustensis tradiderunt et donauerunt in promta peccunia Centum florenos Rinenses boni auri legalisque ponderis Capitulo ecclesie prefate pro quibus quidem florenis predictis Capitulum capitulariter promisit In Anniuersario prescripti domini Ottonis annuatim dare et distribuere quatuor presencias secundum quantitatem et morem ut alie tunc presencie distribuntur.

139. Ordinacio Johannis dicti Kanczler.

Sciendum est quod Johannes kanczler Vicarius chori ecclesie augustensis ac Capellanus capelle sancte katherine in ambitu eiusdem site Sanus corpore et mente Anno domini MCCCC vicesimo In die decem milium martyrum pro salute et

remedio perpetuo anime eius parentum suorum necnon omnium animarum fidelium defunctorum tradidit firmiter ac donacione irreuocabili perpetue valitura donauit Capitulo ecclesie Augustensis predicto sollempniter more solito et consweto congregato Curiam suam sitam in Wollpach iuxta zusmerhusen dyocesis augustensis que habet et continet in duobus campis in quolibet septem Jugera agrorum in tercio vero sex iugera annuatim iuxta communem estimacionem soluencia Quatuor schaffas siliginis et quatuor schaffas auene Quindecim sol. den. aug. de pratis Qui wlgariter windgelt vocantur vnam anserem quatuor pullos et centum oua preut huiusmodi agri et alia prescripta specificata suis modo et forma in litteris empcionis desuper confectis in predicto Capitulo traditis plenius continentur. Quam curiam emit a iacobo Amman de zusmerhusen pro centum et duobus florenis Renensibus boni auri et legali ponderis. Quam donacionem et tradicionem dictum Capitulum ut premittitur congregatum gratuite et pie factam cognoscens Concorditer ordinauit statuit et consensit ut sequitur. Videlicet quod viuentibus dicto Johanne et Elysabet eius matre siue altero ipsorum in vita existente uel existentibus annuatim ipsis seu alteri ipsorum superuiuenti temporibus vite eorundem super festum sancti Galli confessoris de bursa et omnibus eius nouis et antiquis bonis dicti Capituli Soluantur et dentur quatuor flor. Renens. boni auri et legalis ponderis sine omni inpedimento et detrimento. Sed post mortem predicti iohannis et matris ipsius Capitulum prenominatum ordinauit et promisit celebrari ac decantari annuatim per supposita dicte ecclesie more solito temporibus perpetuis In anniuersario eius ante uel post ad sex dies dare et distribuere de curia predictà et de bursa et omnibus antiquis et nouis bonis quatuor presencias secundum quantitatem et morem ut alie tunc presencie distribuuntur.

140. Ordinacio domini friderici Burggrauii prepositi Ecclesie augustensis.

Nos Hainricus Truchsaess prepositus Goetfridus Harscher decanus totumque Capitulum ecclesie augustensis notum facimus presencium inspectoribus vniuersis quod venerabilis vir dominus

Fridericus Burggrauii prepositus Ecclesie nostre pretacte felicis recordacionis Obiit in crastino animarum videlicet tercia die mensis nouembris Anno domini Millesimo CCCCXX. Cuius frater carnalis Strenuus vir hainricus Burggrauii heres eiusdem Donauit ac dedit nobis et Capitulo nostro pro remedio anime prefati domini prepositi LVIII lib. den. aug. et XV sol. den. Quam donacionem pie ac gratuite recipientes et in euidentem vtilitatem Capituli nostri conuertentes Ordinauimus statuimus ac volumus pro salute anime memorati prepositi fieri effectualiter que sequuntur. Primo quod annuatim perpetuis temporibus in eius anniuersario celebrandum circa tempus supra annotatum per supposita dicte ecclesie more solito celebrentur uigilie.

141. Ordinacio Elisabeth Rydleria vxor Marci Rydler Ciuis Augustensis.

Sciendum quod honesta matrona Elisabeth Ridlerin vxor legittima prouidi viri Marci Ridler ciuis Augustensis obiit anno domini Millesimo CCCC XX. feria tercia post Michaelis Archangeli ob cuius anime sui ipsius omnium progenitorum ac successorum suorum ac omnium animarum fidelium defunctorum remedium prenotatus Marcus presentauit nobis et Capitulo nostro XXIIII lib. XIII sol. et IV den. Aug. qui tunc fecerunt in auro XXXIV flor. Rynens. V sol. et X den. aug. tali videlicet modo et forma quod in anniuersario ante dicte Elisabet de sero visitetur eius sepulcrum cum placebo de mane vero in missa defunctorum distribuantur XVI sol. VIII den. et II sol. pro Candela cerei.

142. Item secunda ordinacio domini Johannis dicti kanczler.

Sciant cuncti qui sua crediderint interesse quod nos Hainricus Truchsaess prepositus Goetfridus Harscher decanus totumque capitulum ecclesie augustensis conuenientes in capitulo nostro per sonitum campane more solito convocato deliberacione diligenti prehabita tractatibus eciam debitis et omnibus et singulis sollempnitatibus adhibitis que requiruntur in talibus tam de consuetudine quam de iure discreto viro Johanni kanczler socio

chori nostri et capellano capelle sancte katherine virginis in ambitu site perfecte legaliter et rite vendidimus et vendimus redditus XXXIIII sol. den. aug. XII den. pro solido computando sibi Johanni kanczler et matri sue Elyzabet soluendorum singulis annis in omnem euentum in quocunque statu fuerint seculari uel religioso pro tempore vite ipsorum In festo sancti Galli confessoris quolibet sine dampno. Sed ipsis realiter defunctis de predictis redditibus soluere tenemur in perpetuum anno quolibet Capellano et vicario Capelle sancte katherine virginis in ambitu site de omnibus nouis et antiquis bonis burse nostre XXX sol. den. aug. supra festum sancti Galli confessoris pro consolacione ut idem in perpetuum memor sit ipsius iohannis kanczler scilicet domino decano I sol. Capellano siue vicario capelle predicte I sol. et sacerdotibus altaris I sol. den. aug. ut predictum anniuersarium suum procurent. Item fratribus sedium II sol. quos prius ordinauit in Octaua narcissi Episcopi quos de cetero dentur ipsis post obitum predicti Johannis kanczler in anniuersario suo. Et in quinta ordinacione sua Require largam vnam daturam cum II sol. aug.

Insuper est sciendum quod prefatus iohannes kanczler emit eciam redditus trium solidorum den. aug. a capitulo nostro qui debent dari in perpetuum singulis annis futuris temporibus cuilibet Celerario capituli I sol. den. et cuilibet domino qui fuerint in habitacione et curia pro nunc Burkhardi de ysenburg II sol. den. quam curiam prius eciam inhabitauit dominus hainricus de Elrbach quos quidem tres solidos oportebat dare dominis celerario et inhabitanti curiam predictam Capellano capelle predicte de domo et orto pertinenti capelle predicte qui nunc de cetero erit supportatus tribus predictis solidis den. aug. sed capitulum per bursarium ipsius erit expedire predictis duobus dominis super festum sancti Michahelis. Et sic predictis XXXVI sol. den. aug. dedit nobis et Capitulo nostro prefatus iohannes kanczler LXXXV flor. Renens. I sol. VII den. In empcione aduocacie molendini et aliorum bonorum in zell prope zusmam emptorum ab vlrico de villenbach. Acta sunt hec anno domini MCCCXXII. feria se-

feria proxima post festum Ambrosii que fuit sexta dies mensis aprilis. Item preceperunt et mandauerunt illa conscribi in librum oblagiorum per notarium iuratum chori predicti ut prescripta memoriter retineantur et singulis annis obseruentur.

[illegible]. Ordinacio Magistri Conradi lang de Esslingen.

Notandum est quod anno domini MCCCC vicesimo secundo feria secunda proxima post ambrosy que fuit sexta dies mensis aprilis honorabilis vir Magister Conradus lang de Esslingen Canonicus ecclesie augustensis In empcione aduocacie Molendini curiarum pratorum ac aliorum bonorum In zell prope zusmarshausen emptorum a strenuo viro vlrico de vilenbach et vrsula sua vxore legittima ad laudem et honorem omnipotentis dei gloriose genitricis sue virginis Marie et omnium sanctorum necnon ob salutem et remedium anime sue sanus mente et corpore pie donauit capitulo augustensi in prompta et numerata peccunia triginta sex lib. aug. sex solidos et octo denarios que in flor. Renensibus fecerunt sexaginta tres et dimidium florenos renenses vnum solidum octo denarios et vnum hallensem. Quam eciam peccuniarum summam Capitulum augustense capitulariter more solito in loco capitulari congregatum prehabitis tractatibus et deliberacione desuper maturis eciam adhibitis omnibus adhibendis iuxta ritum et consvetudinem eiusdem Gratuite recipiens decreuit ordinauit et inuiolabiliter temporibus perpetuis celebrari voluit anniuersarium dicti Magistri Conradi in die obitus eiusdem annuatim per supposita chori ecclesie augustensis.

Insuper predictus Magister Cuonradus lang augmentum cultus diuini ac salutem animarum feruencius Cupiens Anno domini MCCCCXXVIII proximo sabbato ante Johannis baptiste In empcione Curiarum ac omnium bonorum emptorum A georio Burggrauii filio quondam Friderici Burggrauii et tutoribus suis Sitorum circa castrum zusmegg et villam dinkelscherben pie donauit capitulo augustensi in prompta peccunia XXXVII cum dimidia libra aug. Quam ipsum Capitulum recipiens addendo ad inmediatam suprascriptam ordinacionem dicti magistri Conradi ordi-

nauit et voluit quod annuatim temporibus perpetuis in anniuersario ipsius Magistri Conradi ut supra cum omnibus et singulis duabus presenciis et aliis ordinacionibus ibidem tactis.

144. Ordinacio domini Conradi Berger.

Anno domini MCCCC vicesimo secundo feria secunda proxima post ambrosii que fuit sexta dies mensis aprilis honorabilis vir dominus Conradus berger de Campidona canonicus ecclesie augustensis In empcione aduocacie molendini pratorum ac aliorum bonorum In zell prope zusmam Emptorum a strennuo viro Vlrico de vilenbach et vrsula vxore eius In laudem et honorem omnipotentis dei genitricis que sue virginis Marie ac omnium sanctorum et ob salutem et remedium anime sue sanus mente et corpore dedit capitulo augustensi in prompta peccunia XXXVI lib. aug. VI sol. VIII den. fecerunt tunc in flor. Renens. LXIII cum dimidio florenos I sol. VIII cum dimidio den. Pro quibus capitulum quod capitulariter congregatum fuit in loco capitulari adhibitis adhibendis statuit decreuit ac ordinauit ac per notarium iuratum ad librum oblagiorum conscribi fecit et ex predictis ac omnibus burse bonis perpetuis temporibus anniuersarium suum in die obitus sui annuatim celebrari infrigabiliter per chorum voluit.

In laudem et gloriam passionis et ascensionis domini nostri iehsu Christi necnon assumpcionis beate virginis marie In empcione aduocacie ac aliorum bonorum In vilenbach et zell prope zusmam a strennuis viris dominis Burkardo et Iohanne de knoeringen Anno domini MCCCCXXXVI. vigilia sancti Mathie apostoli dominus Conradus Berger de Campidona Canonicus Augustensis in prompta peccunia dedit nobis et capitulo nostro augustensi L. lib. aug. Cum quibus persoluit redditus perpetuos II cum dimidia lib. aug. quas quidem ob remedium et salutem anime sue de predictis ac omnibus aliis burse bonis inter essentes personaliter in choro distribui ut sequitur disposuit. Que gratanter dictum capitulum more solito congregatum recipiens adhibitis adhibendis matura deliberacione prehabita annuit et totaliter consensit ordinans et irrefragabiliter statuens annuatim futuris tem-

poribus ex bursa et de predictis bonis dari videlicet in publica missa octaue ascensionis domini XVI sol. VIII den. In publica missa vigilie assumpcionis beate virginis XVI sol. VIII den. Et in publica missa Exaltacionis sancte crucis XVI sol. VIII den. que distribuciones fiant prout solitum et conswetum est. predictas ordinaciones vivens fecit.

145. Ordinacio domini friderici Talwan.

Anno domini MCCCC. quarto In crastino sanctorum Johannis et pauli martyrum obiit discretus vir dominus fridericus Talwan de Campidona socius ac bursarius chori ecclesie augustensis. Cuius germanus anno domini MCCCC vicesimo secundo feria secunda proxima post ambrosii que fuit sexta dies mensis aprilis ob salutem et remedium anime eius In empcione aduocacie molendini pratorum ac aliorum bonorum in zell prope zusmam Emptorum a strennuo viro Vlrico de vilenbach donauit capitulo augustensi in promta peccunia XXXVI lib. aug. VI sol. VIII den. Pro quibus capitulum Capitulariter congregatum adhibitis adhibendis statuit et ordinauit et ex predictis ac omnibus burse bonis perpetuis temporibus anniuersarium suum In die obitus sui per chorum annuatim celebrari inviolabiliter voluit.

146. Ordinacio domini Marquardi Nusser alias ruchmaerklin.

Sciendum est quod anno domini MCCCC vicesimo secundo feria secunda proxima post ambrosii que fuit sexta dies mensis aprilis discretus vir dominus Marquardus nusser socius chori et vicarius altaris beati pauli in crippa anteriori In empcione aduocacie molendini ac aliorum bonorum in zell prope zusmam emptorum a strenuo viro Vlrico de vilenbach ob remedium et salutem anime sue et in laudem omnipotentis dei in parata peccunia dedit capitulo ecclesie augustensis CXXVIII flor. Renenses VII den. boni auri et legalis ponderis. Pro quibus capitulum sibi firmiter promisit nullo penitus discrepante adhibitis omnibus sollempnitatibus que in hiis requiruntur tam de iure quam de consuetudine perpetuis temporibus anniuersarium suum in die

obitus sui annuatim celebrare de predictis bonis ac omnibus aliis bonis burse nouis siue antiquis.

147. Ordinacio Vlrici Hueber.

Anno domini Millesimo CCCCXLII. In die Thome apostoli obiit Vlricus hueber famulus Capituli Ecclesie augustensis qui dedit nobis et Capitulo nostro pro remedio anime sue. Centum florenos Ryneuses qui tunc fecerunt LXVIII lib. VI sol. VIII den. Pro quibus Capitulum Capitulariter congregatum adhibitis adhibendis statuit et ordinauit de omnibus bonis burse perpetuis temporibus anniuersarium suum In die obitus sui per chorum annuatim celebrari voluit cum quatuor presenciis secundum quantitatem et morem ut alie presencie distribuuntur videlicet duas de nocte in maioribus vigiliis et placebo de mane vero in vigiliis minoribus et in missa defunctorum similiter duas presentibus tantum. Item XX den. pro candelis de nocte et mane ardente ut moris est.

148. Ordinacio domini hainrici dicti Ledrer.

Sciendum est quod anno domini MCCCC. vicesimo secundo feria secunda proxima post ambrosii que fuit sexta dies mensis aprilis discretus vir dominus hainricus ledrer vicarius chori ecclesie augustensis ac capellanus Capelle sancte barbare virginis contigua curie quondam domini de Randegg Custodis In empcione aduocacie molendini ac aliorum bonorum In zell prope zusmam Emptorum a strenuo viro Vlrico de vilenbach ob remedium et salutem anime sue et In laudem omnipotentis dei In parata peccunia dedit Capitulo ecclesie augustensis. CXXVIIII. flor. Renenses. VII. den. boni auri et legalis ponderis. Pro quibus Capitulum sibi firmiter promisit nullo penitus discrepante adhibitis omnibus sollempnitatibus que in hijs requiruntur tam de iure quam de consweludine perpetuis temporibus anniuersarium suum in die obitus sui annuatim celebrare de predictis bonis ac omnibus aliis bonis burse nouis sive antiquis.

149. Ordinacio domini friderici de Elrbach.

Anno domini MCCCCXVI. In vigilia annunciacionis sancte marie virginis obiit dominus Fridericus de Erlbach Canonicus ac Cellerarius ecclesie augustensis Cuius Executores ob remedium anime sue dederunt Capitulo ecclesie augustensis in parata pecunia. CXX. flor. Rinens. boni auri ac legalis ponderis qui tunc fecerunt. LXXI lib. V. sol. aug Ne autem predictum Capitulum ecclesie Augustensis quod congregatum fuit per sonitum campane ac aliis sollempnitatibus adhibitis videretur talis beneficii esse ingratum Statuit ordinauit ac singulis annis Anniuersarium diem predicti friderici in choro augustensi celebrari voluit more solito.

150. Ordinacio Anne de Elrbach nacione de westersteten.

Sciendum quod Anno domini MCCCCXXIII. In vigilia sancti Egidii confessoris obiit Anna de Elrbach nacione de westersteten Relicta quondam Cuonradi de Elrbach militis que dedit et legauit nobis et capitulo nostro iusto et legali titulo proprietatis eciam donacione irreuocabili quoddam bonum siue mansum situm in burtenbach quod in wlgo nuncupatur, daz freygaetlin cum omnibus suis attinenciis pertinenciis et iuribus suis quemadmodum ad eam pertinuit dum uixerat in presenti et vt in litteris istius boni siue mansi quas nunc penes nos habemus plenius continetur nobis et successoribus nostris perpetuis futuris temporibus fruendum tenendum et habendum. modificata tamen condicione vt scilicet nos ac successores nostri futuris perpetuis temporibus Anniuersarium ipsius necnon Rudolfi de westersteten militis ac Katherine de Sweningen parentum eius die predicta videlicet in vigilia sancti Egidii secundum consswetudinem chori et ecclesie Augustensis celebretur quatuor presencias distribuendo.

151. Ordinacio patris et matris domini andree stecken senioris quondam Canonici et scolastici Ecclesie Augustensis.

Sciendum est quod Andreas steck Iunior dedit nobis et Capitulo nostro aduocaciam suam in Annhwsen ut patet in litteris desuper confectis. Ne autem predictum Capitulum Ecclesie Augustensis quod congregatum fuit per sonitum campane ac aliis sollempnitatibus adhibitis videatur talis beneficii esse immemor Statuit ordinauit ac singulis annis anniuersarium diem patris et matris domini andree stecken senioris quondam Canonici et scolastici Ecclesie Augustensis celebrari voluit in choro Augustensi cum quatuor presenciis videlicet de sero in maioribus vigiliis et in placebo. Item de mane in minoribus vigiliis et in missa defunctorum distribuantur presencie more solito et consweto.

152. Ordinacio Andree stecken Junioris.

Item prefatus Andreas steck Junior dedit nobis et Capitulo nostro. LXIIII. flor. Rynens. VI. sol. aug. cum VIII. den. Ne autem predictum Capitulum Ecclesie Augustensis quod congregatum fuit per sonitum campane ac aliis sollempnitatibus adhibitis videatur talis beneficii esse immemor Statuit ordinauit ac singulis annis Anniuersarium diem predicti Andree in choro Augustensi celebrari voluit.

153. Ordinacio domini Johannis de Riethain Canonici.

Sciendum est quod anno domini MCCCCXVIII. In vigilia natiuitatis domini obiit dominus Johannis de Riethain Canonicus huius Ecclesie. Cuius executores tradiderunt et dederunt in prompta pecunia Centum florenos Renenses boni auri legalisque ponderis Capitulo ecclesie prefate pro quibus quidem florenis predictum capitulum capitulariter promisit in anniuersario prescripti domini Johannis de Riethain annuatim dare et distribuere quatuor presencias secundum quantitatem et morem ut alie tunc presencie distribuuntur.

154. Ordinacio domini Nicolai pistoris de papenhain.

Anno domini MCCCCXXII. XVII. die mensis Iunii Obiit dominus Nicolaus pistoris de papenhain Canonicus huius ecclesie Cuius quidem Executores dederunt nobis et Capitulo nostro pro remedio anime eiusdem domini nicolai vnum feodum situm in Erlingen prope ewkirchen quod continet XII. Iugera agrorum et III dietas pratorum que annuatim persoluere tenentur II. scaffas siliginis et III schaffas auene herilis mensure et V sol. den. wlgariter wisguelt prout in littera empcionis desuper edita melius et clarius continetur pro quo quidem prefatum Capitulum In sepedicti domini nicolai Anniuersario dare et distribuere debet singulis annis de bursa et nouis bonis. XXXIII sol. aug. et IIII den. ad duas presencias distribuendas.

155. Ordinacio honorabilis viri Magistri Rudolffi Plebani.

A no domini MCCCCXXX. Sedecima die Mensis Maii obiit honorabilis vir Magister Rudolffus Medici Canonicus et plebanus Ecclesie augustensis. Et quia bone fame laudabilis vite, magne precellentisque sciencie vir erat. non modicos notabiles libros. sacre theologie. Iuris canonici necnon arcium liberalium post diem suum extremum copiosius reliquit. quos quidem libros in predictis facultatibus. capitulum ecclesie Augustensis per instinctum spiritus almi Nouam struendo libriam ab honorabilibus viris dominis Ruoperto zeller. Cuonrado Berger. Canonicis Ecclesie Augustensis et Ytal westernach protunc capitanii ciuitatis Augustensis Executoribus predicti magistri Rudolffi olim plebani pro summa multum conpetenti videlicet trecentorum flor. renens. in parata peccunia conparauit et persoluit. verum ne sepedictus magister Rudolffus omnium bonorum in ecclesia augustensi in futurum fiendorum expers existeret sed pocius particeps predicti executores deliberato animo et bona intencione in summa pretacta dimiserunt Capitulo XXXIIII lib. aug. VI sol. VIII den. que tunc in aureis fecerunt. LV flor. VI sol. VIII den. Ne autem Capitulum Augustense inpensis beneficiis ingratum foret.

in perpetuum Anniversarium predicti magistri Rudolffi se celebraturum consensit ordinauit ac inreffragabiliter statuit. Item sicut ab antedudum ab honorabilibus viris dominis de Randegg nydlingen Beringen et schnayt Canonicis ecclesie Augustensis velud liber oblagiorum patenter edicit ad conparandum cottidie in summo altari missam defunctorum celebranti IIII den. officium publicum III den. est ordinatum cuius ordinacionis summa se extendit ad octo lib. aug. Sed quia predicte VIII lib. aug. ad conparandum modo predicto per singulos dies anni non sufficiunt predicti executores adhuc in summa empcionis librorum remisserunt capitulo XX lib. aug. que fecerunt XXXIII flor. Renens. IIII sol. aug. pro quibus capitulum statuit et ordinauit vnam lib. aug. e bursa pro conparacione missarum more predicto fiendarum in perpetuum se daturum. In finem ut singulis annis singulis diebus conparacio missarum modo pretacto amplius non deficiat. Sed magis defectus per illam lib. aug. et pro memoria sepedicti Magistri Rudolffi plenius adimpleatur. predicta enim ordinatio que iusta et racionabilis lecta et admissa est in Capitulo quod congregatum fuit more solito pulsatis campanis. Et decreta per notarium Iuratum chori in librum oblagiorum de verbo ad verbum inscribi. Require secundam ordinacionem predicti Magistri Rudolfi plebani numero 166.

156. Ordinacio domini Johannis walkuon Canonici sancti Mauricii.

Anno domini MCCCCXXX. In die sancte Cecilie virginis honorabilis dominus Magister hainricus Nithart Canonicus Ecclesie augustensis ac decretorum doctor. Ob remedium et salutem anime Johannis Walkuon quondam Canonici Ecclesie sancti Mauricii ac plebani in dillingen. In Empcione librorum quos Capitulum conparauit ab executoribus honorandi domini Magistri Rudolfi quondam plebani et Canonici huius Ecclesie tradidit donauit ac in parata peccunia persoluit nobis XXXIII lib. aug. XIII sol. IIII den. Capitulum uero quod congregatum fuit sicut moris est de beneficio se gratum reddens imperpetuum Anniuersarium predicti domini Johannis Walkuon de sero cum maioribus vigiliis

in qua XVI sol. VIII den. presentibus et astantibus de omnibus bonis burse nostre distribuerentur et sepulchrum Magistri Rudolfi quondam plebani loco et nomine prefati Johannis Walkun post vesperas cum placebo more solito visitaretur cum hic sepultura careat propria de mane vero cum minoribus vigiliis. Et missa defunctorum in qua similiter XVI sol. VIII den. distribuerentur peragendum ordinauit consensit ac irrefragabiliter statuit.

157. De perpetuo lumine domini Burkardi de Tettingen.

Sciendum est quod Anno domini Millesimo CCCC tricessimo secundo decima die mensis Januarii dominus Burkardus de ysenburg Canonicus Ecclesie Augustensis recompensauit nobis et Capitulo nostro prompta et reali solucione quandam summam flor. prius per nos et capitulum nostrum solutam et datam in empcione cuiusdam aree siue selde cum suis attinentibus et pertinentibus agris et pratis in binsswangen emptis a iohanne sporer de laugingen prout hoc in litteris et instrumentis desuper confectis plenius continetur. Talibus tamen condicionibus et modis quod amodo futuris perpetuis temporibus ipsum Capitulum nostrum de bursa sua communi et eiusdem redditibus et maxime de prescriptis bonis et eorum redditibus ordinare et disponere debet fideliter quod in lucerna que est de sursum sepulturam quondam domini Burkardi de tettingen Canonici Ecclesie Augustensis quoddam lumen lampanare incendatur et incensus nutriatur diebus et noctibus prout cetere lampades siue luminaria in eodem ambitu nostro incendi et incensa foueri hactenus consweuerunt. in cuius rei memoriam hec in libro nostro conscribi fideliter ordinamus.

158. Ordinacio Magistri Johannis Kochner Canonici Augustensis.

Notandum quod anno domini MCCCCXXX. In vigilia Mathei Apostoli et Ewangeliste. Venerabilis dominus dominus Goetfridus Harscher decanus Ecclesie Augustensis pio ductus affectu et meliori modo quo potuit in Capitulo nostro more solito congregato et in presencia publici notarii videlicet Marquardi

birckmair tradidit ac donauit imperpetuum burse capituli nostri oblagia infra anotata scilicet vnam Curiam situatam In Episshusen Item quedam bona in bergen prope Muelhuesen que nunc colit dictus lehner in aulczhusen. Et quandam hubam In sewen prope kissingen talibus tamen modis et formis videlicet quod bursarius qui pro tempore fuerit nunc et infuturum perpetuis annis det et persoluat Canonem solitum et consuetum de oblagiis prescriptis persoluendum etc. Capitulum vero augustense die qua supra ordinauit ac presentibus ordinat quod de prescriptis et omnibus aliis bonis burse capituli augustensis nouis et antiquis peragatur nunc et in ewum anniuersarium venerabilis et magne fame viri Magistri Rudolfi plebani ecclesie nostri prout alias prenotatum anniuersarium descriptum est in libro oblagiorum capituli. Statuit eciam tunc per prefatum Capitulum quod anniuersarium scientiui viri magistri Johannis kochner Canonici augustensis licenciati in decretis singulis annis in perpetuum celebretur de omnibus bonis iam proxime conceptis.

159. Ordinacio domini hainrici Wintheri vicarii chori.

Sciendum quod anno domini MCCCCXXXI. penultima die mensis februarii hainricus Winther vicarius chori Ecclesie Augustensis ob remedium salutis anime sue dedit nobis et ad nostram librariam sex volumina librorum subscriptis videlicet heymonem super epistolas pauli. Item epistolas pauli cum glosa ordinaria. Item epistolas canonicas Jacobi et librum sapiencie cum glosa ordinaria in vno volumine conprehensa. Item sermones de tempore et sanctis mixtim et textum ewangeliorum Johannis cum glosa in vno volumine conprehensa. Item sermones peregrini de sanctis. Item quosdam sermones beati bernhardi de beata virgine omnia pretacta volumina in pergameno scripta et in asseribus colligata. Que nos gratuite recipientes ordinamus capitulariter et volumus ut in perpetuum singulis annis in eius Anniuersario per chorum nostrum visitetur eius sepulchrum de nocte cum placebo et de mane cum missa pro defunctis ac distribucione presencie ut moris est.

160. Ordinacio domini hainrici Burggrauii Canonici Augustensis.

Anno domini Millesimo CCCCXXX. vicesima sexta die mensis Augusti obiit honorabilis dominus hainricus Burggrauii Canonicus Ecclesie Augustensis. Eodem quoque anno in die sancti Egidii obiit strennuus vir hainricus Burggrauii pater supradicti hainrici. Eodem quoque anno die XXIX mensis Augusti obiit domina Margareta de hoewdorff vxor predicti hainrici Burggrauii ob quorum animarum salutem Consangwinei et Executores predictorum dederunt Capitulo Augustensi in parata peccunia CXX flor. rinens. boni auri ac legalis ponderis qui tunc fecerunt LXXII lib. aug. Capitulum vero quod congregatum fuit more solito de beneficio gratum se reddens decreuit statuit ac ordinauit Anniuersarium predictorum in perpetuum per chorum Augustensem celebrandum vt moris est vnico dumtaxat et simultaneo contextu.

161. Conparacio decimarum in Agenwang et in Langenreichen.

Sciendum quod in comparacione decimarum in agenwang et quarte partis decimarum in langenrichen per venerabiles viros Hainricum Truchsaess prepositum Goetfridum Harscher decanum ac totum Capitulum facta a strenuo viro iohanne Marschalk iuniore de biberbach et Margareta eius vxore Anno domini Millesimo quadragentesimo tricesimo primo proximo sabbato die ante dominicam Judica. Venerabilis vir Burkardus de ysenburg concanonicus et Oblaicus noster Capitulo tradidit et dedit de peccuniis dicti officii oblaii octo libras denariorum augustensium scilicet viginti solidos pro libra et duodecim den. pro solido conputando. Tali videlicet modo et forma quod dictum Capitulum siue eius bursarius de prescriptis decimis et omnibus bonis burse capituli quolibet anno in festo sancti Michahelis effectualiter soluere ac tradere teneatur necnon soluat et tradat Oblaico qui pro tempore fuerit ad officium oblaii octo solidos denariorum augustensium scilicet duodecim denarios pro solido conputando siue vnam vrnam vini iuxta morem et consuetudinem capituli prout

in multis locis libri obitualium continetur. In quorum euidens testimonium et firmitatem perpetuam huiusmodi presencia scripta ad predictum librum nostrum obituariorum per capituli notarium Juratum ad hoc specialiter deputatum fecimus ac iussimus conscribi et annotari de anno domini MCCCCXXXI tali die etc.

162. Ordinacio domini Johannis de Rot Canonici Augustensis.

Anno domini MCCCCXXXI In die sancte dorothee virginis obiit honorabilis dominus Johannes de Rot Canonicus Ecclesie Augustensis Cuius quidem Executores dederunt nobis et Capitulo nostro pro remedio anime predicti domini Johannis in parata peccunia CXX flor. Rinens. boni auri ac legalis ponderis qui tunc fecerunt. LXXV lib. aug. Capitulum vero quod congregatum fuit more solito de beneficio gratum se reddens decreuit statuit ac ordinauit anniuersarium predicti domini Johannis in perpetuum per chorum augustensem celebrandum ut moris est.

163. Ordinacio domini Georii Sweiczer Canonici Augustensis,

Anno domini MCCCCXXXI quintadecima die mensis Maii obiit honorabilis dominus georius Sweiczer Canonicus Ecclesie Augustensis. Cuius quidem Executores dederunt nobis et Capitulo nostro pro remedio anime predicti domini georii in parata peccunia CXXX flor. Reinens. boni auri ac legalis ponderis qui tunc fecerunt. LXXXI lib. V sol. aug. Capitulum vero quod congregatum fuit more solito de beneficio gratum se reddens decreuit statuit ac ordinauit anniuersarium predicti domini georii in perpetuum per chorum augustensem celebrandum ut moris est.

164. Ordinacio domini Ruperti zeller, Canonici augustensis.

Anno domini MCCCCXXXII In crastino sancti Antonini martyris de sero obiit honorabilis vir dominus Rupertus Zeller Canonicus huius ecclesie qui in extremis sanus mente quamuis eger corpore ad anniuersarium suum in ecclesia augustensi in perpetuum celebrandum Et ob remedium et salutem anime sue legauit Capitulo vnam bibliam et maiorem summam Johannis que

dicitur confessorum qui libri taxati fuerunt pro L flor. Ren. Ad quos executores predicti domini Ruperti supperaddiderunt. X flor. in prompta peccunia qui omnes in summa tunc fecerunt. XXXVIIII lib. V sol. aug. Et insimul tam libros quam florenos Capitulo quod congregatum fuit adhibitis adhibendis presentauerunt ac dederunt de quibus et capitulum se gratum reddens benigne acceptando Et deinceps omni anno die predicta anniuersarium prius dicti domini Ruperti per chorum de sero cum maioribus vigiliis et placebo de mane vero cum minoribus vigiliis et missa defunctorum celebrari ordinauit in vnum consensit ac infragabiliter statuit.

165. Ordinacio Georii Paulstorffer armigeri.

Anno domini MCCCCXXII. In die sanctorum decem milium martyrum obiit Georius Paulstorffer armiger. Et ob remedium et salutem anime sue discretus vir georius Raem Ciuis Augustensis tradidit et donauit in prompta peccunia. LX flor. Ren. boni auri legalisque ponderis Capitulo Ecclesie Augustensis pro quibus quidem florenis predictum Capitulum Statuit ordinauit ac singulis annis anniuersarium diem predicti georii Paulstorffer cum duabus presenciis more solito et consweto.

166. Secunda ordinacio Magistri Rudolfi plebani.

Insuper Sciendum quod anno domini MCCCCXXXIII Sabato ante Margarete virginis Ex predictis executoribus dominus Cunradus Berger et strennuus vtal westernach Emerunt nouem dietas pratorum in campo lechfelt circa haunstetten sitas sicut patet in littera huiusmodi Empcionis desuper data pro XXXIII cum dimidio florenis Renens. annuatim paulo plus aut minus. XXV sol. aug. soluentes quas quidem dietas pro salute anime sepedicti Magistri Rudolfi tradiderunt altari siue perpetue vicarie exilis et exigue sanctorum valentini et leonhardi in Ecclesia Augustensi sitam ad habendas et fruendas huiusmodi perpetuistemporibus per vicariumperpetuum dicti altaris pro tempore existentem ut sustentari medius possit. Saluo tamen quod idem vicarius prefati altaris pro tempore existens annuatim dare teneatur In anniuersario predicti Magistri

Rûdolfi. XXIIII den. omnibus et singulis fratribus sedium tam presentibus quam futuris ecclesie augustensis Et duobus ministris summi altaris ibidem VI den. ut diligencius huiusmodi fieri procurent. In signum vero irreuocabilis donacionis litteram Empcionis sponte dederunt dicti executores vicario prelibati altaris Vlrici de kirchain pronunc existentem pro se et successoribus suis futuris habendam et conseruandam. Talis autem legacio et ordinacio necnon disposicio et distribucio predictorum XXX denariorum modo supra contento distribuendorum facte et irrefragabiliter firmate sunt cum vnanimi consensu et efficaci voluntate tocius capituli ecclesie augustensis quod congregatum fuit more solito adhibitis adhibendis. Eapropter huiusmodi ordinacionem et donacionem per notarium suum iuratum ad librum oblagiorum in fine ordinacionis anniuersarii prefati Magistri Rudolfi dictum capitulum lucidius conscribi fecit in euidens testimonium perpetuis temporibus mansurum.

167. Ordinacio domini Beringeri Haell Canonici augustensis.

Anno domini MCCCC. tricesimo quinto In die parasceue que fuit quinta decima dies mensis aprilis obiit dominus Beringerus haell augustensis Ecclesie canonicus ob cuius anime remedium honorabilis dominus Burkardus de Eysenburg ibidem canonicus ad curiam Canonicalem prefati Beringeri in Capitulo vendendam prout moris est et peccuniam inde emergentem pro anniuersario ipsius beringeri exponendam vnicus protunc executor in pace ceteris sepultis derelictus sicut in libro Capituli augustensis super hac materia edito clarius continetur. Curiam ipsam canonicalem beringeri prefati in Capitulo venalem prebuit et plus danti ut decuit dedit ac ipsam pro LXXXV flor. Renens. vendidit qui tunc in summa LVII III sol. Aug. XI cum dimid. den. fecerunt vnum pro XII cum dimidio solidis V cum dim. denariis conputando quos prefatus dominus burkardus Capitulo quod congregatum fuit adhibitis omnibus adhibendis pro salute anime sepedicti beringeri tradidit dedit ac legauit. Ipsum autem capitulum de tali acceptacione ac dacione gratum se ostendit et

deinceps omnibus et singulis annis anniuersarium prelibati testatoris decantari per supposita chori voluit et diffiniuit.

168. De perpetuo lumine Andree Steck quondam scolastici.

Anno domini Millesimo CCCCXXXVIII. Sabbato ante Johannis baptiste dominus Albertus de Rechberg Canonicus huius ecclesie tamquam Executor domini Andree Steck senioris quondam scolastici et Andree Steck Junioris In empcione Curiarum ac aliorum bonorum sitorum Juxta castrum nostrum zussmegg emptorum a georio Burggrauii filii quondam Friderici Burggrauii et a tutoribus suis dedit nobis et Capitulo nostro C et XX florenos Rynenses pro quibus quidem florenis Capitulum persoluere debet impensas et expensas pro perpetuo luminari quod ardeat diebus et noctibus perpetuis temporibus coram Altari sancti martini Episcopi in latere noui chori quod ipse dominus Andreas Steck senior et Fridericus de Elerbach Canonici Augustenses temporibus vite ipsorum fundauerunt et construxerunt. Predictum vero lumen bursarius noster qui pro tempore fuerit expediat ut incendatur et incensus nutriatur diebus et noctibus prout cetere lampades siue luminaria in Ecclesia nostra incendi et incensa foueri hactenus consweuerunt.

169. Ordinacio domini vlrici Buechler Canonici Augustensis.

Anno domini MCCCC. Tricesimo sexto vicesima prima die mensis nouembris obiit dominus Vlricus Buechler Canonicus huius Ecclesie. Cuius quidem Executores dederunt nobis et Capitulo nostro pro remedio anime eiusdem domini Vlrici In empcione medietatis decime in Taeffertingen CXLIV lib. VI sol. et VIII. den. que tunc fecerunt in florenis CC IX flor. Ren. et XII sol. XI den. aug. Capitulum vero quod congregatum fuit more solito de beneficio gratum se reddens decreuit statuit ac ordinauit Anniuersarium predicti domini Vlrici in perpetuum per chorum Augustensem celebrandum ut moris est. Insuper prefati Executores domini vlrici Buechler dederunt nobis XXXI sol. aug. et VIII den. pro I sol. et VII den. aug. pro comparacioni-

bus missarum omnibus vicariis et sociis chori ad anniuersarium domini Nicolai pistoris canonici Augustensis.

170. Ordinacio domini Cunradi de Luschnow Canonici augustensis.

Anno domini MCCCCXXX nono. In die beati Georii obiit dominus Cunradus de luschnaw Canonicus huius ecclesie cuius quidem Executores dederunt nobis et Capitulo nostro pro remedio et salute anime sue LXIV lib. III sol. IV den. aug. Capitulum vero quod congregatum fuit more solito de beneficio gratum se reddens decreuit statuit ac ordinauit anniuersarium predicti Cunradi de luschnaw inperpetuum per chorum augustensem celebrandum ut moris est.

171. Ordinacio domini Burkardi de Friberg Canonici augustensis.

Anno domini MCCCC. Tricesimo octauo quinta die mensis Januarii obiit dominus Burkardus de fryberg Canonicus huius Ecclesie. Cuius quidem Executores dederunt nobis et Capitulo nostro pro remedio et salute animarum patris et matris et progenitorum omnium suorum et sui ipsius LXI lib. VI sol. VIII. den. Capitulum vero quod congregatum fuit more solito de beneficio gratum se reddens decreuit statuit ac ordinauit anniuersarium predictorum scilicet domini Burkardi de fryberg patris et matris eius et omnium progenitorum suorum in perpetuum per chorum augustensen celebrandum ut moris est.

172. Ordinacio domini Burkardi de Eysenburg Canonici augustensis.

Anno domini MCCCCXXXVIII. nona die mensis apprilis que fuit quarta feria post dominicam palmarum obiit honorabilis vir dominus Burkardus de Eysenburg canonicus maioris Ecclesie augustensis et prepositus Ecclesie sancti Mauricii in Augusta. Cuius executores pro salute et remedio anime predicti Burkardi et omnium progenitorum suorum In empcione bonorum a georio Burggrauii et tutoribus suis emptorum circa castrum nostrum zusmegg sitorum dederunt nobis et capitulo nostro LXI lib. VI

sol. aug. VIII den. de quo beneficio Capitulum quod congregatum fuit more solito adhibitis adhibendis gratum se reddens singulis annis anniuersarium predictorum per supposita chori augustensis celebrandum more consueto celebrando decreuit statuit et ordinauit.

453. Anniuersarium domini hainrici de Erbach Canonici augustensis.

Insuper eidem domini Executores in Empcione bonorum predictorum pro pace et salute anime domini hainrici de Erbach quondam canonici Ecclesie predicte similiter dederunt LXI lib. VI sol. aug. VIII den. de quibus iterum se capitulum augustense se acceptum ostendit capitulariter decreuit statuit et irrefragabiliter celebrari voluit singulis annis anniuersarium predicti domini hainrici vigiliis placebo Missis presenciis cum verus modo et forma pretactis.

454. Tercia ordinacio domini Conradi Berger canonici augustensis.

Anno domini MCCCCXXXVIII. Sabbato ante Johannis Baptiste honorabilis vir dominus Conradus Berger Canonicus augustensis pro salute et remedio anime sue omnium progenitorum necnon benefactorum suorum ob honorem et memoriam gloriose resurreccionis domini nostri ihesu Christi Sancti spiritus Et sancte ac Indiuidue trinitatis In empcione curiarum ac aliorum bonorum sitorum Juxta castrum nostrum zusmegg emptorum ab georio Burggrafii filio quondam Friderici Burggrafii et a tutoribus suis In prompta ac parata pecunia dedit nobis et capitulo nostro L. lib. aug. cum quibus in redditibus perpetuis communi via et cursu persoluit II cum dimidia libras aug. Quas quidem pro salute animarum predictarum perpetuis temporibus singulis annis de bonis predictis ac omnium aliorum Capituli bonis inter presentes choro astantes distribui disposuit ac ordinauit.

455. Processio ad altare sancti Thome apostoli in die visitacionis Marie.

Anno domini MCCCC quadragesimo primo in die sancti Erasmi Elyzabeth Buecheterin vidua dicta Beczm de Bueren

dedit nobis et capitulo nostro XXI lib. V sol. aug. que tunc fecerunt XXXI flor. XI sol. aug. VIII den. vt in die visitacionis virginis marie de sero habeatur vna processio ad altare sancti thome apostoli quod ipsa fundauit cum Responsorio Terribilis Magnificat et Antiphona O quam metuendus est.

176. Ordinacio domini Johannis Gwerlich decretorum doctor Custos huius Ecclesie.

Sciendum quod Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo feria secunda proxima post annunciacionem gloriose virginis marie Venerabilis vir dominus Johannes Gwerlich decretorum doctor custos et canonicus ecclesie Augustensis. Ad laudem et honorem saluatoris nostri ihesu Christi Eiusdemque gloriose Ascensionis gloriam pro sue necnon progenitorum suorum animarum salute pie ordinauit quod deinceps perpetuis futuris temporibus In festo dominice Ascensionis et eiusdem festi nonis ymago ipsius saluatoris ministrantibus sibi aliis quatuor angelorum ymaginibus quam et quas propriis ad hoc conparauit expensis ad populi deuocionis incitacionem et prefati domini ac saluatoris nostri glorificato corpore in celum facte Ascensionis representacionem sublata priori consweludine qua ymago crucifixi que in figura passionis et mortis dicti saluatoris hactenus in sepulchro reponi consweuerat Eciam in ipso Ascensionis domini festo super cancellos noui chori cum strepitu et clamore subleuari solebat. Amodo in medio pauimento dicte ecclesie per foramen fornicis cunctis astantibus cernentibus subleuari debeat. Et ut premissa diligencius custodiantur atque fiant disposuit Idem dominus Johannes ut presencie distribuantur sub cantu Antiphone Alma redemptoris que in nonis predictis post reditum de pauimento predicto ad chorum inibi canitur cuilibet vicario seu socio presentibus duo denarii monete augustensis pro quibus ut prefertur distribuendis in parata peccunia in conparacione certorum bonorum Venerabili capitulo eiusdem ecclesie dedit sedecim libras. XIII solidos et IV den. viginti solidos pro libra et XII den. pro solido conputando. Venerabiles quoque heinricus

Truchsässen prepositus Geotfridus harscher decanus totumque capitulum prefate ecclesie propterea capitulariter ut moris est congregati ac capitulum ipsius ecclesie facientes et representantes adhibitis ad id sollempnitatibus debetis et consuwetis attendentes ordinacionem ipsam iustam et racioni consonam ipsamque ratam habentes et gratam statuendo et ordinando decreuerunt ut deinceps perpetuis futuris temporibus cum eadem. uel ea deficiente cum alia in eius locum surroganda saluatoris ymagine iunctis ymaginibus et ceremoniis supradictis ordinacio prescripta inconwlse seruetur ac firmum irrepulsionis locum obtineat Quodque de omnibus burse redditibus atque bonis de cetero presencie huiusmodi per bursarium chori dicte ecclesie singulis Annis dari et distribui debeant in modum prout Valias scriptum existit decreuerunt que ordinacionem eandem per notarium suum Iuratum in libro oblegiorum fideliter conscribi et inter alias ordinaciones diligencius annotari ad perpetuam rei memoriam omniumque premissorum indubiam fidem et subsistenciam firmiorem. Insuper ordinauit Idem dominus Johannes pro edituis ymagines predictas trahentibus et regulantibus sex den. et pro fistulatoribus seu aliis in musicalibus instrumentis ipsi festo ministrantibus et deseruientibus I. sol. pro quibus alteram dimidiam libram ipsi capitulo in promptu persoluit singulis annis in predictis nonis de redditibus burse ut prefertur pro maiori ipsius festi sollempnizacione et deuocionis populi incitacione distribuendis prefato capitulo hec annuente ratificante et in libro predicto annotari et conscribi decernente ut prefertur. ad perpetuam rei memoriam.

177. Anniuersarium domini Johannis Gwerlich prefati decretorum doctoris et Custodis.

Anno domini MCCCCXLV. die XVIII. mensis Maii obiit dominus Johannes Gwerlich decretorum docter Canonicus et Custos huius Ecclesie Cuius quidem Executores dederunt nobis et Capitulo nostro pro remedio et salute anime sue LII. cum dimidia lib. aug. in parata peccunia. Capitulum vero quod congregatum fuit more solito de beneficio gratum se reddens

decreuit statuit ac ordinauit Anniuersarium predicti domini Johannis Gwerlich in perpetuum per chorum augustensem celebrandum ut moris est.

178. Ordinacio Cunradi Minnwicz armigeri.

Anno domini MCCCCXLII. In die omnium sanctorum obiit Cunradus Minnwicz armiger Ex cuius ordinacione Relicta euiusdem Barbara klammerin tradidit et donauit in prompta peccunia LXIII. flor. Rynens. boni auri legalisque ponderis Capitulo Ecclesie Augustensis. Pro quibus quidem florenis predictum Capitulum Statuit ordinauit ac singulis annis anniuersarium diem predictorum Cunradi Minnwicz et Barbare vxoris eius insimul. cum duabus presenciis more solito et consweto videlicet de sero cum maioribus vigiliis In quibus distribuantur presencie secundam quantitatem et morem ut alie presencie distribuuntur et deinde visitetur sepulcrum prefati Cunradi Minnwicz cum placebo.

179. Quarta ordinacio domini Cunradi Berger Canonici augustensis.

Anno domini MCCCCXLIIII. vigilia apostolorum petri et pauli honorabilis vir dominus Cunradus Berger de Campidona Canonicus Augustensis pro remedio et salute anime sue omnium progenitorum et benefactorum suorum ob honorem et gloriam sanctarum vndecim milium martyrum et virginum necnon et sancte virginis martyrisque agathe In Empcione bonorum ac curiarum sitarum in denkelscherben et agenwang Emptorum a prouido viro Vlrico langenmantel ciui augustensi In prempta ac parata peccunia dedit nobis et Capitulo nostro. XXXIIII. lib. VI. sol. VIII. den. aug. que tunc fecerunt in flor. Rynens. XLVIIII. flor. Ryn. V. sol. II. den. aug. quia valuit florenus XIII. cum dimidio solidos aug. Cum quibus In redditibus perpetuis communi via et cursu persoluit. XXXIIII. sol. aug. IIII. den. quos quidem solidos pro salute anime sue nec non predictarum animarum, perpetuis temporibus singulis annis de bonis predictis ac omnium aliorum capituli bonis inter presentes choro astantes distribui

disposuit ac ordinauit videlicet In publica missa vndecim milium virginum XVI. sol. aug. VIII. den. Et in publica missa sancte Agathe virginis totidem.

180. Ordinacio Johannis Grunbach Ciuis augustensis.

Anno domini MCCCCXLIII. in die beati leodegarii episcopi obiit Johannes Grunbach Ciuis Augustensis. Tradidit et donauit in prompta peccunia LXIII. flor. R. boni auri legalisque ponderis Capitulo Ecclesie Augustensis In Empcione bonorum ac curiarum sitarum in denckelscherben et agewang Emptorum a prouido viro Vlrico langenmantel Ciui Augustensi pro quibus quidem florenis Capitulum statuit ordinauit ac singulis annis anniuersarium diem predicti Johannis Grunbach vnacum duabus vxoribus suis videlicet Anne prime et Anne secunde ac aliorum progenitorum et benefactorum suorum insimul cum duabus presenciis more solito et consweto.

181. Tercia Ordinacio domini Johannis kanczler vicarii chori augustensis.

Sciendum quod anno domini MCCCCXLVI quartadecima die mensis Marcy que fuit feria secunda post dominicam Reminiscere dominus Johannes kanczler vicarius chori et Capellanus capelle sancte katherine virginis et martyris in ambitu Ecclesie Augustensis dedit nobis et Capitulo nostro II. flor. Rynens. pro quibus quidem florenis Capitulum promisit sibi dare annuatim X. flor. R. ut infra patebit qui fecerunt tunc temporibus VI. lib. et XVII. cum dimidio solidos aug. magnarum librarum duodecim den. pro solido denariorum conputando.

Item primo prefatus Johannes kanzler disposuit et ordinauit octauam beati Michahelis archangeli cum omni sollempnitate celebrare.

Item prefatus Johannes kanczler disposuit et ordinauit Octauam beati Narcissi Episcopi post obitum ipsius cum omni solempnitate celebrare cum cantoribus et ut pulsacio fiat ut de apostolis.

Item prefatus Johannes kanczler disposuit et ordinauit festum beati Barnabe apostoli ut post obitum ipsius cum omni sollempnitate celebretur cantoribus Et ut pulsacio fiat et cum hystoria ut de apostolis.

Item prefatus Johannes Kanczler disposuit et ordinauit post obitum ipsius vnam processionem ad capellam sancte Katherine virginis et martyris in ambitu. Videlicet in dedicacione eiusdem capelle que erit proxima dominica Ante festum Martini Episcopi.

Item prefatus Johannes Kanczler disposuit et ordinauit post obitum ipsius vnam processionem ad prefatam capellam beate Katherine virginis in primis vesperis beatorum martyrum fabiani et sebastiani cum Responsorio Egregie dei martir sebastiane.

Item prefatus Johannes Kanczler disposuit et ordinauit ut post processionem que fieri debet in Vigilia Katherine virginis ad eius capellam in ambitu quam ordinauit Hainricus Capellanus prefate capelle ut in reditu ad chorum cantetur Antiphona Salue regina.

187. Ordinacio Seifridi de Eglingen armigeri et Cristine sororis sue etc.

Anno domini MCCCCXLVI. decima die mensis Junii Seifridus de Eglingen armiger donauit et dedit nobis et Capitulo nostro in parata peccunia XXXIII. lib. VI. sol. VIII. den. aug. pro quibus quidem denariis Capitulum prefatum statuit ordinauit ac singulis annis anniuersarium diem prefati Seifridi de Eglingen et Christine sororis eius que defuncta est in die beati pangracii martyris anni pretacti ac parentum eorum vnacum duabus uxoribus suis videlicet Anne de Osthain et Katherine Graesslerin et omnium progenitorum suorum insimul cum duabis presenciis distribuendis more solito et consweto videlicet de sero in maioribus vigiliis et de mane in missa defunctorum modo prescripto peragi voluit Et visetur sepulcrum sororis eius cum placebo quamdiu ipse vixerit Et post obitum eius visitetur sepulcrum eius in ambitu dominorum deo propicio intendit ibidem sepeliri.

183. Ordinacio domini Johannis Waelsch senioris videlicet Septem dormiencium.

Sciendum est quod Johannes Waelsch senior vicarius chori Ecclesie Augustensis disposuit ac ordinauit festum sanctorum septem dormiencium celebraturum In crastino beatorum martyrum Johannis et pauli cum campana chori Et post secundas vesperas iohannis et pauli habitas processio habeatur ad altare sanctorum Septem dormiencium.

184. Ordinacio Hermanni Noerdlinger ciuis augustensis.

Anno domini MCCCCXLVI. feria sexta proxima post diem beati Egidii confessoris obiit Hermannus Noerdlinger Ciuis augustensis Cuius quidem Executores videlicet discreti viri Georius noerdlinger Johannes Langenmantel et Michahel Sygel Ciues augustenses tradiderunt et donauerunt nobis et capitulo nostro in parata peccunia XXXV. lib. XVI. sol. et VIII. den. denarium augustensium. Capitulum vero quod congregatum fuit more solito de beneficio gratum se reddens decreuit statuit et ordinauit anniuersarium predicti Hermanni in perpetuum per chorum augustensem celebrandum cum duabus presenciis more solito et consweto.

185. Ordinacio domini Rudolfi de westerstetten scolastici.

Anno domini MCCCCXLVII. Sedecima die mensis septembris obiit Venerabilis et circumspectus vir dominus Rudolphus de westerstetten Canonicus et scolasticus huius Ecclesie Cuius quidem Executores videlicet Venerabilis pater et dominus Goetfridus Harscher decanus huius Ecclesie Et strennuus vir Johannes de westerstetten alias schopp dederunt nobis et Capitulo nostro pro remedio et salute anime prefati Rudolphi in parata peccunia LXII. lib. VI. sol. VIII. den. Capitulum vero quod congregatum fuit more solito de beneficio gratum se reddens decreuit statuit et ordinauit Anniuersarium predicti domini Rudolffi in perpetuum per chorum augustensem celebrandum ut moris est.

186. Ordinacio domini wilhelmi de sunthain canonici huius ecclesie.

Anno domini MCCCCXLVIII. vicesima octaua die mensis apprilis obiit venerabilis et circumspectus vir dominus wilhelmus de Sunthain Canonicus huius ecclesie et Eystetensis. Cuius quidem executores frater suus Johannes de sunthain ceterique dederunt nobis et capitulo nostro pro remedio anime prefati Wilhelmi in parata peccunia. LII. cum dimidia lib. Capitulum vero quod congregatum fuit more solito de beneficio gratum se reddens decreuit statuit et ordinauit Anniuersarium predicti domini Wilhelmi in perpetuum per chorum augustensem celebrandum ut moris est.

187. Quinta ordinacio domini Cuonradi Berger Canonici augustensis.

Anno domini MCCCCXLVII. decima nona die mensis decembris honorabilis vir dominus Conradus Berger de Campidona Canonicus ecclesie augustensis pro salute et remedio anime eius parentum ac omnium benefactorum suorum In empcione Curie nostre In Merchingen quam capitulum emit a discreto Conrado Buman ibidem In prompta ac parata peccunia dedit nobis et Capitulo nostro. XXXVIIII. lib. sol. VIII. den. que tunc fecerunt in florenis. LVII. aureos. II. sol. XI. den. Verum si eo tempore quo predicta summa peccunie est distribuenda Capitulum vacaret ab omnibus distribucionibus tam presenciarum quam aliarum nichilominus Conradus Berger prefatus adhuc speraret in deum non priuari per hoc a refrigerio et premio omnipotentis dei quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum hanc autem distribucionem ordinacionem et accepti dati solucionem capitulum quod congregatum fuit more solito sonitu campane aliisque adhibendis adhibitis matura deliberacione prehabita videns anime salubrem et racioni consonam gratanter acceptauit admisit ratificauit ac irrefragabiliter ratam et duraturam vt premittitur deinceps habere voluit quare per iuratum notarium Capituli ad librum oblagiorum conscribi lucidius fecit.

188. Ordinacio domini dyepoldi de Fryberg Canonici.

Anno domini MCCCCXVIIII. Tercio kal. Julii obiit venerabilis dominus dyepoldus de fryberg Canonicus huius Ecclesie Cuius quidem Executores dederunt nobis et Capitulo nostro pro remedio et salute animarum patris et matris et omnium progenitorum suorum et sui ipsius LXI. lib. VI. sol. VIII. den. Capitulum vero quod congregatum fuit more solito de beneficio gratum se reddens decreuit statuit ac ordinauit anniuersarium predictorum scilicet domini dyepoldi patris et matris eius et omnium progenitorum suorum in perpetuum per chorum augustensem celebrandum ut moris est. predictam itaque ordinacionem bursarius noster qui pro tempore fuerit dabit ac distribuet de omnibus bonis burse nostre attinentibus modo et forma pretactis Et predicti vorausz non debent dari nisi quando dantur presencie.

189. Ordinacio domini Georii de bernstat Canonici.

Anno domini M. quadringentesimo LI. In die beate Marie Magdalene obiit venerabilis dominus Georius de bernstat. Canonicus huius Ecclesie Cuius quidem Executores dederunt nobis et Capitulo nostro pro remedio anime prefati Georii in parata peccunia XXVII. lib. Aug. que tunc fecerunt in auro XXXVIIII. flor. Rynens. II. sol. VIIII. den. Aug. Capitulum vero quod congregatum fuit more solito de beneficio gratum se reddens decreuit statuit et ordinauit Anniuersarium predicti domini Georii in perpetuum per chorum Augustensem celebrandum cum duabus presenciis ut moris est.

190. Quarta ordinacio domini Johannis kanczler.

Sciendum est quod dominus Johannes kanczler vicarius chori et Capellanus Capelle sancte katherine virginis et martiris in ambitu Ecclesie Augustensis ordinauit prius octauam beati Michahelis archangeli ut autem eo sollempnius celebretur disposuit et ordinauit adhuc vnam presenciam dari in matutinis.

Item prefatus iohannes kanczler disposuit et ordinauit prius octauam beati narcissi episcopi ut autem eo sollempnius celebretur voluit et disposuit ut in matutinis distribuentur pro presenciis. XVI. sol. VIII. den. Et ista distribucio huius festi fiat post mortem prefati Johannis et eo viuente dabitur sibi super festum beati galli abbatis.

Item loco Nocturni qui legebatur per chorum in octaua beati narcissi episcopi quem ordinauit dominus krafito de nidlingen distribuentur presencie vlterius in publica missa beati galli abbatis.

191. Anniuersarium Cuonradi apothecarii.

Anno domini Millesimo quadringentesimo tercio in die ascensionis domini obiit Cuonradus apotecharius Cuius vxor eius Elizabeth dedit nobis et capitulo nostro LXXIIII. lib. X. sol. X. den. aug. que tunc fecerunt in florenis Centum et VII. flor. Rynenses minus V. den. Pro quibus quidem florenis predictum capitulum statuit ordinauit ac singulis annis Anniuersarium diem predictorum Cuonradi apotecharii et Elyzabet vxoris eius et omnium progenitorum eorum insimul. cum quatuor presenciis more solito et consweto.

192. Anniuersarium Cuonradi lapicide Civis Augustensis.

Anno domini M. quadringentesimo LIIII. decima die mensis Maii obiit Cuonradus Lapicida Ciuis Augustensis qui dedit nobis et capitulo nostro Centum florenos Rynenses pro quibus quidem florenis predictum Capitulum statuit ordinauit ut singulis annis anniuersarium diem predicti Cuonradi Lapicide et margarete vxoris sue cum quatuor presenciis more solito et consweto.

193. Ordinacio Magistri Cunradi de Seglau ut festum beati Willibaldi episcopi sollempniter celebretur.

Nouerunt vniuersi quibus noscere fuerit opportunum quod anno domini MCCCCXLVII. in crastino beati Vdalrici episcopi

uenerandus pater ac dominus Gotfridus harscher decanus Ecclesie Augustensis dedit donacione eciam irreuocabili decanatui ecclesie august. aduocaciam propriis suis emptam expensis bonorum decanatus augustensis Inhartinzweiler a bvrchhardo de Buch pro octuaginta florenis Rynens. sicut clare patet in literis empcionis desuper confectis. Insuper exposuit pro domo In dillingen decanus predictus Quinquaginta aureos. Ita tamen quod decanus august. qui pro tempore fuerit futuris temporibus de predictis exsoluat Capitale augustensi III. libras august. ad tres presencias pro vna XVI. schilling VIII. den. dandas ad festum scti Willibaldi quod deinceps per chorum august. imperpetuum pleno officio et noua hystoria celebrari pecitt ob remedium et salutem anime Venerabilis et circumspecti viri. Magistri Conradi de seglaw quondam decani Ecclesie Eistetensis Ita videlicet vt de sero post vesperas octauarum apostolorum petri et pauli habeatur processio ad chorum orientalem In qua sub magnificat distribuantur de bursa XVI. sol. VIII. den. de mane in matutinis tottidem. Et in missa publica tottidem. Capitulum vero quod capitulariter congregatum fuit more solito videns hanc ordinacionem et sollempnisacionem scti prefati dignam et racioni consonam eam dimisit approbauit ratificauit et irrefragabiliter vt petitur perpetuis temporibus obseruari voluit. Ideo eciam ad librum oblagiorum per notarium iuratum conscribi iussit.

194. Ordinacio domini Rainaldi de Gerolczegk Canonici huius Ecclesie.

Anno domini MCCCCLII. decima octaua die mensis Maii in qua fuit dies ascensionis domini obiit Venerabilis dominus Rainaldus de gerolczegk Canonicus ecclesie august. et prepositus Ecclesie collegiate in Wissenstaig Constant. dyocesis cuius consangwineus nobilis et strenuus miles dominus Waltherus de hürnhain dedit nobis et Capitulo nostro pro remedio anime sue et omnium progenitorum suorum LIIII. lib. III. sol. den. augusten. qui fecerunt tunc temporis in florenis Ryn. LXXV. floren. XIIII sol. august. computando. in presenciis vna lib. pro XX.

lib. Et pro candela XXV. schilling august. Capitulum vero quod congregatum fuit more solito de beneficio gratum se reddens decreuit statuit ac ordinauit anniuersarium prefati domini Rainaldi ac omnium progenitorum suorum inperpetuum per chorum augusten. celebrandum vt moris est. Ita vt de sero in maioribus vigiliis presentibus distribuantur XVI. sol. VIII. den. aug. et visitetur eius sepulcrum cum placebo de mane vero cum minoribus vigiliis iterum distribuantur XVI. sol. VIII. den. Et in missa defunctorum tottidem Item pro vna candela III. sol. ardente desero et demane ut moris est. Predictam itaque ordinacionem bursarius noster qui pro tempore fuerit dabit ac distribuet de omnibus bonis burse nostre attinentibus modo et forma pretactis.

195. Ordinacio domini Johannis Staudach de lintkirch Canonici ecclesie augustens.

Notandum est quod anno domini MCCCCXXVI. die vero octaua mensis augusti honorabilis vir Johannes Staudach de lintkirch Canonicus ecclesie augusten. In prosecutione quorundam vtilium negociorum Ecclesie august. precipue cuiusdam redempcionis quorundam reddituum advitam datoris ad laudem et honorem dei omnipotentis gloriose virginis marie atque omnium sanctorum necnon ob salutem et remedium anime sue ac parentum suorum et omnium fidelium defunctorum sanus mente et corpore donauit pie Capitulo august. in prompta et numerata peccunia XXXVI. lib. august. sex sol. et octo den. Que in florenis Ryn. fecerunt LXI. florenos Ryn. II. sol. III. den. et I. hall. Insuper prefatus dominus Johannes Staudach dedit nobis et Capitulo nostro ecclesie august CC et. LX. lib. den. magnarum librarum augustens. Capitulum vero quod congregatum fuit more solito de beneficio gratum se reddens decreuit ac ordinauit subscriptam ordinacionem ipsius Staudach ordinaliter expedire. Item prefatus staudach primo ordinauit vnam processionem fieri in die sancte katherine virginis post secundas vesperas ad altare sancti Cunradi episcopi. Item in matutinis vna presencia et in publica missa vna

domino decano I. sol. den. Custodi I. sol. ministris I. sol. sacerdotibus altaris VI. denar. distribuentur.

Item prefatus dominus Standach ordinauit vnam aliam processionem annuatim post secundas vesperas assumpcionis beate virginis marie ad altare sancti Cunradi.

Item prefatus dominus Johannes standach disposuit ac ordinauit ut in anniuersario consobrini sui domini hainrici aeblini de lintkirch vicarii Ecclesie august. patris et matris eiusdem et omnium parentum suorum distribuantur quatuor presencie.

196. Anniuersarium zacharie Rudolf ciuis Augustensis.

Anno domini MCCCCXLIIII. In vigilia apostolorum petri et pauli obiit honestus vir zacharias Rudolf ciuis Augustensis Cuius vxor Otilia dedit nobis et capitulo nostro pro remedio anime prefati sui uiri necnon et ipsiusmet salute animarum In parata peccunia LXXXXIII. florenos et X. den. Capitulum vero quod congregatum fuit more solito statuit et ordinauit Anniuersarium predictorum videlicet zacharie Rudolf et Otililie eiusdem relicte in perpetuum per chorum august. celebrandum cum quatuor presenciis vt moris est.

197. Anniuersarium Petri episcopi.

Anno domini MCCCC. quinquagesimo tercio tercio nonas augusti. Reuerentissimus in Christo pater et dominus dominus Petrus miseracione diuina Tytuli scti vitalis sacrosancte Romane ecclesie presbyter Cardinalis ac Episcopus huius scte august. ecclesie Attente considerans quam peritum quam prouidum et vtile sit transitoria felici commemoracione in celestia commutare quodque prelatis sacrorum canonum auctoritatibus permissum atque persuasum diuinum adaugere cultum existat· Capitulo ecclesie prefate cum XXIX. annorum spacio vtiliter ac laudabiliter prefuit ob diuini cultus augmentum remedium sue anime ac in redemptionem suorum pecatorum irreuocabili donacione in numerata peccunia tradidit et donauit XLVI. libras XIIII. sol. den. Augustens.

Ob quod nos hainricus Truchsäss prepositus Gotfridus Harscher decanus totumque Capitulum ecclesie august. prefate capitulariter ad sonum campane more solito congregati statuimus ordinauimus et decreuimus ac presentibus ordinamus pro nobis et successoribus nostris perpetuis futuris temporibus quod quamdiu prefatus Reuerendissimus dominus noster Cardinalis et Episcopus in humanis fuerit singulis annis Anniuersarium parentum et progenitorum dicti domini nostri cum choro nostro peragemus. Quam cito vero prefatus Reuerendissimus dominus noster vita functus fuerit statuimus et ordinauimus quod extunc loco predictorum Anniuersarium ipsius Reuerendissimi domini nostri singulis annis perpetuis futuris temporibus modo predicto in Capella sancte Gertrudis in ecclesia august. sita circa quam sepulturam suam elegit irrefragabiliter peragemus.

Insuper prelibatus Reuerendissimus dominus noster cardinalis et Episcopus pro deuocione motus prefato Capitulo ecclesie Augustensis donacione libere donauit et tradidit in numerata peccunia libras August. den. XXXIV. XI. sol. VIII. den. In recompensam itaque et signum gratitudinis Nos prepositus decanus ac Capitulum prefatum similiter ordinauimus statuimus et decreuimus quod deinceps perpetuis futuris temporibus officium de sancto Vitale martyre glorioso in die eiusdem scti quolibet Anno iuxta Kalendarium concurrente plenum et sollempne officium per chorum ecclesie nostre prefate singulis Annis peragemus.

198. Ordinacio hainrici Truchsäss de Hefingen decretorum doctoris prepositi huius Ecclesie Augustensis.

Sciendum quod venerandus pater et dominus Hainricus Truchsäss de hefingen decretorum doctor prepositus huius Ecclesie zelo ductus pietatis. Et diuinitus inspiratus ob remedium et salutem anime sue et omnium fidelium animarum et in laudem omnipotentis dei donauit et tradidit nobis et Capitulo nostro in parata pecunia CC. VIIII. florenos rynens. XI. sol. Aug. et II. den. boni auri et legalis ponderis pro quibus quidem florenis

prefatus dominus hainricus Truchsäss prepositus ordinauit hec duo infra scripta festa scilicet beati Laurencii martyris et beate Elizabeth vidue omni anno per chorum Ecclesie August. sollempniter celebranda quodlibet ipsorum.

Insuper sciendum est quod prefatus venerandus pater et dominus Hainricus Truchsäss de hefingen decretorum doctor prepositus huius Ecclesie august. zelo ductus pietatis et diuinitus inspiratus ob remedium et salutem anime sue et omnium fidelium animarum et in laudem omnipotentis dei donauit et tradidit nobis et Capitulo nostro in parata pecunia CLXXXV. lib. VIII. sol. den. August. qui denarii faciunt in florenis CC. LII. florenos et XII. sol. IIII. den. August. pro quibus quidem florenis Reineus. prefatus dominus Hainricus Truchsäss prepositus ordinauit hec duo festa scilicet beate Anastasie vidue et martyris et beate Tecle virginis et martyris.

199. Anniuersarius domini Hainrici Truckseess de hefingen prepositi.

Anno domini MCCCCLXVIII. In vigilia annunciacionis scte marie virginis obiit venerabilis pater dominus Hainricus Truckseess de hefingen prepositus ecclesie august. cuius frater Hainricus Truckseess de hefingen armiger ac executores predicti domini hainrici truckseess prepositi dederunt nobis et Capitulo nostro pro salute ac remedio anime sue LXIIII lib. denariorum August.

200. Anniuersarium domini Ottonis de schawmberg aut parentum suorum eo ueniente.

Anno domini MCCCC. quinquagesimo octaua In die scti dyonisii et sociorum eius Venerabilis dominus Otto de Schawmberg Canonicus huius ecclesie et prepositi scti Mauricii in augusta Vindelicor. dedit nobis et capitulo nostro pro remedio et salute animarum patris et matris et omnium progenitorum suorum sui ipsius postquam decesserit de hoc mundo LXI. lib. VI. sol. VIII. den. Capitulum vero quod congregatum fuit more solito de beneficio gratum se reddens decreuit statuit ac ordinauit Anniuersarium

predictorum scilicet patris et matris eius et omnium progenitorum et sui ipsius postquam descesserit de hoc mundo in perpetuum per chorum august. celebrandum.

201. Anniuersarium Johannis Rem senioris Ciuis August et Katherine uxoris eius.

Anno domini MCCCCLVIII. sabbato post Othmari abbatis Johannes Rem senior ciuis August. et Katharina vxor eius dederunt nobis et Capitulo nostro pro remedio et salute animarum suarum LXXVI. lib. X. den. Capitulum vero quod congregatum fuit more solito de beneficio gratum se reddens decreuit statuit ac ordinauit Anniuersarium perpetuum per chorum August. celebrandum.

202. Anniuersarium Bartholomei Rem ciuis Augustens et anne vxoris eius.

Anno domini MCCCCLVIII. sabbato post Othmari abbatis Bartholomeus Rem ciuis August. et Anna vxor eius dederunt nobis et Capitulo nostro pro remedio et salute animarum svarum XXXVIII. libr. XV. sol. august. Capitulum vero quod cougregatum fuit mere solito de beneficio gratum se reddens decreuit statuit ac ordinauit Anniuersarium perpetuum per chorum August. celebrandum.

203. Secunda ordinacio domini Ruperti Zeller Canonici huius Ecclesie augustensis.

Anno domini MCCCC. quinquagesimo septimo tercia decima Mensis Augusti dominus prepositus decanus Ceterique canonici Capitulares in loco capitulari. Capitulariter ad sonum campane congregati. Considerantes et attendentes quod quondam honorabilis vir dominus Rupertus zeller Canonicus august. decem florenos Renens. vna cum vna quarta vnius floreni. Ouatuor canonicis voce capituli carentibus Iure legati ordinauit et reliquit ea condicione adiecta. ut ipsi pro eisdem florenis perpetuos annuos census emere et comparare ac inter ipsos quatuor Canonicos singulis annis equali porcione distribuere deberent atque tenerentur. Quos quidem florenos iidem quatuor Canonici

licet diligenciam fecerint plusquam in uiginti quatuor annis in tales census conuertere minime potuerunt. Ne igitur huiusmodi florenorum summa contra ipsius testatoris voluntatem diucius sit in deposito absque fructu permaneret. Capitulariter concluserunt atque consenserunt quod domini Johannes Currificis et vlricus Rulin ex dictis quatuor canonicis duo In medio curiarum ipsarum quas ipsi pro presenti inhabitant possint et valeant vnum fontem vtrique curie equaliter deseruientem fodere construere et edificare pro cuius quidem fontis expensarum subsidio Ipsi iohannes et vlricus pretactam florenorum summam recipere possint et valeant Quoquidem fonte edificato et constructo Magister andreas Roner decretorum doctor et dominus Johannes widenmann In supra et infra scsiptis per expressum consencientes ac ipsorum successores in recompensam et refusionem supra dicte florenorum summe integrum censum de domo Tabulatoris quem hucusque Ipsi quatuor canonici equaliter receperunt et inbursarunt perpetuis futuris temporibus recipere debeant et valeant absque predictorum Johannis currificis et Vlrici ac ipsorum successorum contradictione et recusacione quibuslibet. Pro quorum omnium et singulorum subsistencia firmiori et futura *perpetua* memoria ad librum oblaiiorum premissa scripta sunt et *redacta*.

204. Quinta ordinacio domini Johannis Kanczler vicarii Augustensis.

Anno domini MCCCCLVIIII. In die beate Agnetis virginis et martyris discretus dominus Johannes Kanczler vicarius chori Ecclesie august. Et capellanus. Capelle sancte Katherine virginis et martyris in ambitu Ecclesie nostre. Emit a capitulo nostro august. realiter quatuor scaffas tritici mensure wlgariter schrautmass Ciuitatis august. annuatim perpetue census. Et cum hoc duos sol. august. den. duodecim denar. pro solido computando dantur annuatim ex nostra bursa siue diminucione. Pro quibus dedit nobis et Capitulo nostro ducentos quinquaginta florenos Reneus. in parata pecunia tali condicione quod vnusquis bursarius noster qui pro tempore fuerit predictas quatuor scaffas

tritici cum duobus solidis august. predictorum tempore vite sue prefati domini Johannis Kanczler annuatim dentur super festum scti galli abbatis. Et post mortem ipsius distribuentur in anniuersario annuatim infra octo dierum ante vel post diem mortis prefati domini Johannis.

205. Ordinacio domini Cunradi Rot Canonici huius Ecclesie Augustensis.

Anno domini MCCCCLVIII. In vigilia beati Andree apostoli obiit dominus Cunradus Rot. Canonicus huius Ecclesie. cuiusquidem Executores dederunt nobis et Capitulo nostro pro remedio salute animarum patris et martyris omnium progenitorum suorum et sui ipsius. LV. lib. V. sol. august. magnarum librarum XII. den. pro sol. den. computando. Capitulum vero quod congregatum fuit more solito de beneficio gratum se reddens decreuit statuit ac ordinauit. Anniuersarium predictorum scilicet domini Conradi Rot. patris et matris eius et omnium progenitorum suorum in perpetuum celebrandum.

206. Ordinacio domini Balthasari de Hürnhain Canonici huius Ecclesie et cellerarii.

Anno domini MCCCC. penultima die mensis februarii obiit dominus Balthasar de hürnhain. Canonicus et Cellerarius ecclesie augustens. cuiusquidem Executores dederunt nobis et Capitulo nostro pro remedio et salute anime sue Quinquaginta libr. aug. magnarum lib. Capitulum vero quod congregatum fuit more solito de beneficio gratum se reddens decreuit statuit ac ordinauit Anniuersarium predicti domini Balthasari de hürnhain inperpetuum per chorum august. celebrandum ut moris est.

207. Ordinacio Jacobi Aeblin ciuis august.

Anno domini MCCCC. prima die mensis aprilis Jacobus Aeblin ciuis august. dedit nobis et Capitulo nostro pro remedio et salute animarum patris et matris et omnium progenitorum suorum et sui ipsius postquam decesserit de hoc mundo XXII.

lib. XVIII. sol. den. aug. et IIII. den. magnarum librarum duodecim den. pro solido denar. computando qui fecerunt LXXXIIII. florenos Renens. IIII. sol. august.

908. Ordinacio Vlrici Ortwein ciuis august.

Anno domini MCCCCLX. feria quarta post Annunciacionem beate virginis marie Vlricus Ortwein Ciuis August. et barbara vxor eius legitima Et Jacobus fuchshart et agnes vxor eius parentes prefate barbare Ortweinin Et thomas öchain sororius predicte barbare Ortweinin et Elizabeth hainrichin bona amica eius dederunt nobis et capitulo nostro pro remedio et salute omnium animarum suarum et omnium fidelium animarum defunctorum LXVII. florenos Reinenses boni auri et legalis ponderis et V. sol. augustens. et VIII. den. duodecim den. pro solido denariorum computando.

909. Ordinacio domini Georii Haller vicarii chori Augustensis.

Anno domini MCCCCLX. feria quinta proxima ante festum Lucie virginis et martyris Georius haller vicarius chori Ecclesie aug. et Capellanus scti Antonii martyris et rector Ecclesie parochialis in wallesshausen qui dedit nobis et caplano nostro in empcione aduocacie bonorum spectancium ad hattenberg wlgariter in der Reyschen Aw. quod Emit capitulum ab hainrico milite de elerbach pro ducentis florenis Renensibus boni auri et legalis ponderis.

910. Anniuersarium Magistri Johannis Wildczgefert canonici.

Anno domini MCCCC. sexagesimo primo. In die beati Januarii et sociorum eius venerabilis vir Magister Johannes Wildczgefert in decretis licenciatus Archidiaconus et Canonicus ecclesie august. dedit nobis pro salute animarum patris et matris et omnium progenitorum suorum et sui ipsius postquam decesserit de hoc mundo. LVIIII. lib. den. august. capitulum vero quod congregatum fuit more solito de beneficio gratum se reddens decreuit

statuit ordinauit Anniuersarium predictorum scilicet patris et matris eius et omnium progenitorum suorum et sui ipsius postquam decesserit de hac vita in perpetuum per chorum august. celebrandum.

211. Anniuersarium Adelhaidis obstetricis de vlma et hainrici Howtschst mariti eius.

Anno domini MCCCCLXII. feria quarta in angaria penthecosten. adelheidis alio nomine obstetrix de vlma vxor hainrici howtschst dedit nobis et Capitulo nostro pro remedio et salute animarum hainrici howtsch mariti sui et Anne filie eius et sue ipsius postquam decesserit de hoc mundo XLVII. florenos Ryn. computando florenis pro XXV. grossis qui tunc fecerunt XXXVIIII. lib. III. sol. augustens. IIII. den. Capitulum vero quod congregatum fuit more solito et de beneficio gratum se reddens decreuit statuit ac ordinauit Anniuerserium perpetuum per chorum august. celebrandum.

212. Petrus Kräler socius chori ordinauit festum beati Bernhardi.

Anno domini MCCCLX. secundo sabbato in angaria post octauas natiuitatis marie uirginis dominus petrus Kräler socius chori Ecclesie august. et Capellanus altaris scti Nicolai episcopi dedit nobis et Capitulo nostro in parata pecunia triginta tres libr. sex solidos octo den. august. qui tunc fecerunt triginta septem florenos Rinenses tredecim solidos computando florenum pro uiginti sex cum medio gross. pro duabus presenciis In choro distribuendis videlicet in die beati Bernhardi abbatis secundum vt moris est uidelicet in matutinis et in publica missa futuris temporibus distribuentur.

213. Anniuersarium Dorothee de Acholfingen.

Sciendum est quod dominus vlricus de ramingen armiger dedit Capitulo nostro Angustens. LII. florenos Ryn. VIIII. sol. august. computando florenis Ryn. pro XVIII. sol. august. pro anniuersario dorothee de acholfingen vxoris sue.

214. Anniuersarium domini alberti de Stain.

Anno domini MCCCCLXI. feria tercia ante festum scti Georii martyris obiit venerabilis dominus Albertus de stain cellerarius et Canonicus ecclesie aug. et dedit Capitulo per executores suos LVII. florenos Ryn. V. sol. IIII. den. ut Capitulum pro remedio anime sue perpetuis temporibus Anniuersarium celebret.

215. Ordinacio domini Johannis Kautsch.

Anno domini MCCCCLXII. in die scte marie madalene obiit venerabilis dominus Magister Johannes Kautsch in decretis licenciatus. Canonicus et custos huius Ecclesie qui dedit nobis et Capitulo nostro per executores suos pro remedio et salute anime sue LXX. flor. R. qui fecerunt LXV. lib. VI. sol. VIII. den. August. Computando florenum pro XVIII. sol. VIII. den. Capitulum vero quod congregatum fuit more solito statuit ac ordinauit Anniuersarium predicti domini Johannis Kautsch celebrandum per chorum august.

216. Ordinacio domini Latislai de Achdorf Canonici Ecclesie August.

Anno domini MCCCCLXIII. In die scti luce ewangeliste. Obiit venerabilis dominus Latislaus de Achdorf canonicus huius Ecclesie qui dedit nobis et Capitulo nostro per executores suos pro remedio et salute anime sue LX. lib. den. august. Capitulum vero quod congregatum fuit more solito statuit ac ordinauit Anniuersarium predicti domini latislai de achdorf celebrandum per chorum August.

217. Secunda ordinacio domini Johannis Gwerlich.

Anno domini MCCCCLXIIII. Feria quinta post festum assumpcionis gloriose virginis marie Reuerendus pater dominus leonardus Gessel decanus huius Ecclesie Executor et testamentarius quondam domini Johannis gwerlich custodis eiusdem Ecclesie tradidit de bonis relictis per eundem dominum Johannem

Capitulo huius Ecclesie XXVIII. lib. august. pro quibus aliquibus superadditis emta est quedam decima in Graben a caspare magk de augusta. Unde dari et persolui debeat absque omni diminucione vna libra August. XX. sol. pro lib. et XII. den. pro sol. Computando duobus Magistris edituis ecclesic pro tempore existentibus. Qui propterea singulis diebus infra ommes horas canonicas et diuina officia ipsius ecclesie aperire tenentur et debeant libros horarum canonicarum tam per dictum Johannem gwerlich quam Erhardum summerau pro vsu et oracionibus pauperum et aduenarum clericorum deputatos in dicta ecclesia et post diuina officia ipsos libros in cistulas siue seruatoria ad hoc deputatas et deputata reponere et seruare cum omni diligencia et custodia ne ipsi libri furentur aut destruantur quemadmodum preteritis temporibus factum fuerat.

218. Ordinacio domini Wilhelmi de Degenfeld Canonici Ecclesie August.

Anno domini MCCCCLXV. in die scti Franzisci Obiit Venerabilis vir dominus Wilhelmus de degenfeld Canonicus ecclesie August. cuius executores dederunt nobis et Capitulo nostro Quinquaginta sex libras august. pro anniuersario.

219. Ordinacio domini Vlrici Bülin canonici ecclesie aug.

Nos Hainricus Truchsäss decretorum doctor prepositus leonardus Gässel in decretis licenciatus decanus Totumque capitulum ecclesie august. Ad perpetuam rei memoriam notum facimus et recognoscimus Quod anno domini Millesimo Quadringentesimo sexagesimo quarto feria secunda que fuit quinta mensis nouembris. Honorabilis vir dominus Vlricus Bülin. concanonicus dicte ecclesie August. Sanus corpore et compos racione nobis et capitulo nostro ad bursam nostram ob sue et parentum ac progenitorum suorum animarum remedium et salutem dedit et in prompta pecunia assignauit Quinquaginta libras Monacens.

220. Ordinacio domini Christanni de Freyberg Canonici Ecclesie Augustensis.

Anno domini MCCCCLXV. in die dimissionis apostolorum Venerabilis dominus Cristanus de Freyberg Canonicus ecclesie Augustens. dedit nobis et capitulo nostro pro remedio et salute animarum Venerabilis domini hainrici de Freiberg canonici predicte ecclesie fratris sui necnon et sui ipsius postquam decesserit libras LX. August. capitulum vero quod congregatum fuit more solito de beneficio gratum se reddens decreuit statuit ac ordinauit Anniuersarium predictorum scilicet domini Hainrici de Freyberg Casparis de Freiberg militis Anne vxoris eius parentum suorum et omnium progenitorum suorum in perpetuum celebrandum per chorum Augustensem.

221. Ordinacio Reuerendi patris domini Leonhardi Gessel decani.

Nos hainricus Truchsäss prepositus Vlricus de rechperg de hochen rechperg decanus decretorum doctores Totumque capitulum ecclesie august. Notumfacimus Et recognoscimus. *Quod cum* alias dudum Bone memorie Venerabilis vir dominus *Leonardus* Gessel in decretis licenciatus dum vixit decanus iam *dicte* ecclesie August. faciendo suum testamentum Inter alia *legauit* Johannem de fantuciis super decreto ad librariam nostram quem quidem Johannem de fantuciis nobis presentatum dudum percipimus ac Anniuersarium perpetuum vna cum ceteris aliis officiis vt infra describitur fecit comparari. Comparauerunt coram nobis die infra scripta Testamentarii et executores testamenti ac vltime voluntatis prelibati domini leonardi decani Nobisque et capitulo nostro ad bursam nostram ob eiusdem domini leonardi decani anime remedium et salutem dederunt et in prompta pecunia assignarunt centum et viginti tres libras Monac. Tredecim solidos denarum Augustensium et quatuor denarios pro anniuersario. Anno domini Millesimo quadringentessimo Sexagesimo quinto Ipsa die scti Stephani pape.

222. Ordinacio domini Conradi Schenk Canonici.

Anno domini MCCCCLXVI. in die Abdoon et sennen martyrum. Venerabilis dominus Conradus Schenck de schenckenstain licenciatus in decretis canonicus nostre ecclesie Aug. dedit nobis et capitulo nostro pro remedio ac salute animarum patris et matris ac progenitorum atque sui ipsius postquam a vita absumetur sexaginta libras August. pro anniuersario.

223. Ordinacio domini Johannis de Rammingen Canonici.

Anno domini MCCCCLXVII. Feria secunda post dominicam Misericordiam domini etc. que fuit XIIII. dies mensis aprilis. Venerabilis dominus Johannes de Ramingen canonicus nostre Eccleste august. dedit nobis et capitulo nostro pro remedio ac salute animarum patris et matris ac progenitorum atque sui ipsius postquam a vita absumetur ad anniuersarium peragendum.

224. Secunda ordinacio domini Johannis de Rammingen.

Anno domini MCCCCLXXXII. Feria quarta post dominicam Letare etc. que fuit XVIII. dies mensis Marcii Venerabilis vir dominus Johannes de Rammingen. Canonicus noster dedit nobis ad bursam nostram VIII. libras XV. sol. den. Augusten. Insuper testamentarii supradicti domini Johannis de Rammingen videlicet dominus Wilhelmus peuscher dominus Christoferus de Knoringen et dominus Johannes studemair canonici dederunt nobis Et capitulo nostro XIII. sol. august. ut nouo Subdyacono in superioribus stallis dentur VI. den.

225. Ordinacio Tercia domini Johannis de Ramingen Canonici.

Anno domini MCCCCLXXXIII. Feria sexta post Bricii venerabilis dominus Johannes de Ramingen canonicus Ecclesie Augustensis dedit nobis et Capitulo nostro XVI. lib. August.

226. Quarta ordinacio domini Johannis de Rammingen Canonici August.

Anno domini MCCCCLXXXXIIII. septima die mensis decembris Venerabilis vir et domini dominus Wilhelmus peuscher. Christoferus de Knöringen et dominus Johannes staudemair Canonici Ecclesie Aug. Testamentarii venerabilis domini Johannis de Rammingen canonici dederunt nobis et capitulo nostro II. libras X. sol. den. august. ut in processione sollemni corporis Christi et de noua hystoria de concepcione beate marie virginis duobus nouis subdyaconis in superioribus stallis sicut ceteris octo lectoribus cuilibet VI. den. distribuentur.

227. Secunda ordinacio Cunradi Schenck canonici.

Anno domini MCCCCLXXIIII. In vigilia omnium sanctorum Venerabilis dominus Cunradus schenk de schenkenstain canonicus ecclesie August. dedit nobis et capitulo nostro Triginta sex libras denarior. August. Ut in festo sancte Barbare virginis et martiris cantetur in choro predicte ecclesie nova hystoria de ipsa prout prius ordinatum est per uenerabilem virum Hainricum Trauer quondam canonicum predicte ecclesie.

228. Tercia ordinacio Cunradi Schenk canonici.

Anno domini MCCCCLXXVI. in crastino sancti Cunradi episcopi Executores Venerabilis viri domini Cunradi Schenk de schenkenstain licenciati in decretis quondam canonici ecclesie august. dederunt nobis et capitulo nostro Centum septuaginta quinque florenos Ren. quatuor solidos et duos den. denariorum August. vt distribuantur nouem presencie ut alie presencie distribuuntur et in Anniuersario suo per se ipsum prius ordinato dentur II. sol.

229. Ordinacio domini Alberti de Rechberg canonici Ecclesie August.

Anno domini MCCCC. septuagesimo octauo in die scti brigide virginis que fuit prima dies mensis februarii venerabilis

vir dominus Albertus de Rechberg de hochenrechberg canonicus Ecclesie august. dedit nobis et Capitulo nostro pro remedio ac salute animarum sui ipsius et patris et matris ac progenitorum suorum LXIII. libras XVI. sol. VIII. den. August.

230. Ordinacio domini Nicolai Bernlir.

Anno domini MCCCCLXVII. in crastino Tyburcii et Valeriani martyrum que fuit XV. dies mensis aprilis Obiit Honorabilis vir dominus Nicolaus bernier capellanus secundus altaris scti Victoris Ecclesie August. ac sigillifer Reuerendissimi domini domini petri cardinalis scti Vitalis ac episcopi eiusdem. Ecclesie August. Qui dedit nobis et capitulo nostro per executorem suum dominum Georium steber Vicarium chori predicte ecclesie aug. duodecim florenos R. perpetui census pro anniuersario.

231. Ordinacio domini Georii Beck canonici.

Prepositus decanus totumque Capitulum Ecclesie aug. Ad perpetuum rei memoriam notum facimus et recognoscimus per presentes Quod anno domini MCCCC. sexagesimo octauo die veneris prima mensis Julii venerabilis vir Georgius Beck decretorum licenciatus dicte Ecclesie canonicus Sanus corpore et compos racione nobis ad bursam nostram ob sue et parentum ac progenitorum suorum animarum remedium et salutem dedit et cum effectu parata in peccunia assignauit quinquaginta septem libras August.

232. Secunda ordinacio domini Georii Beck.

Anno domini MCCCCLXXXIII. die XVIII. Mensis nouembris venerabilis vir dominus Georius Peck canonicus Ecclesie august. Arcium et decretorum doctor Dedit et soluit Venerabili capitulo ecclesie predicte August. IIII. libras XI. sol. et VIII. den. denariorum august. Ut festum scti Martini episcopi deinceps singulis annis perpetuis temporibus celebretur.

233. Tercia ordinacio domini Georgii Beck.

Anno domini MCCCCLXXXVI. XXII. die mensis decembris Obiit Georgius Beck decretorum et arcium doctor. Hic in sua vltima voluntate et testamento duo milia quingentos aureos omneque suum in numisma cum fructibus prebende mortis sue legauit decano communiterque toti Capitulo ecclesie August. tali sub ordinacione et modo vt et dicti domini Decanus scilicet et capitulum ex huiusmodi legatorum precio predia fideliter emerent atque ea diligenter in ecclesie vtilitatem conuerterent. Unde nos Vlricus de Rechberg de hochenrechberg decretorum doctor. Decanus totumque Capitulum ecclesie august. considerantes bonitatem et beneuolenciam dicti domini Georgii beck nostre ecclesie ex auro huiusmodi legato atque dato bona ac predia In haimeneck et Katzenhieren et affaltra iuxta bonsteten comparauimus.

234. Quarta ordinacio domini Georgii Beck.

Anno domini MCCCCLXXXIIII. vicesima die mensis septembris Georgius Beck dedit et soluit venerabili capitulo predicte ecclesie August. XVI. libras XIII. sol. IIII. den. August. Capitulum vero statuit ac decreuit vt una presencia videlicet in mattutinis scti Georgii martyris de omnibus bonis nostris ad bursam nostram pertinentibus vt alie presencie futuris perpetuisque temporibus distribuetur.

235. Ordinacio anniuersarii Luce Rem ciuis Ulmensis.

Anno domini MCCCCLXVII. feria sexta post michahelis Obiit discretus vir. Lucas Rem. ciuis vlmensis. Cuius filius Johannes Rem. ciuis August. dedit nobis et Capitulo nostro pro se et fratribus suis ob salutem animarum predicte Luce Rem. et vrsule vxoris sue parentum suorum Septuaginta sex libras denariorum August. pro anniuersario.

236. Ordinacio patris domini Judoci Episcopi Adrimitani.

Anno domini MCCCCLXXI. In die scte Prisce virginis Iudocus Episcopus Adrimitanus Reuerendique patris ac domini Johannis. Episcopi august. suffraganeus ac in spiritualibus vicarius generalis dedit nobis et capitulo nostro ob salutem animarum parentum suorum ac sue postquam decesserit LXXXIIII. libras VII. solidos VI. den. denariorum August. Que fecerunt pro tunc LXXXXVII. florenos Ryn. VI. sol. II. denar.

237. Ordinacio Hainrici Truchses armigeri.

Anno domini MCCCCLXXI. Feria secunda post festum scti Viti Hainricus Trucksess de hefingen armiger dedit nobis et capitulo nostro LXXXXVII. florenos Ryn. et sol. den. August. capitulum vero quod congregatum fuit more solito de beneficio gratum se reddens decreuit statuit ac ordinauit Anniuersarium Beatricis Truchsessin nate de Gumpenberg quondam vxoris predicti Hainrici Truchses in perpetuum celebrandum chorum augustensem circa festum sciti viti predicto hainrico Trucksess viuente. Post mortem vero eius peragatur anniuersarius in die obitus sui pro eo et predicta beatrice vxore eius ac pro margaritta Trucksessin nata de stain moderna vxore eius.

238. Ordinacio magistri Johannis Diem medici.

Anno domini MCCCCLXXI. In die primi et feliciani martyrum obiit Egregius vir magister. Johannes diem in medicinis doctor Cuius vxor legittima Margaretta Georius Kunczelmann filiaster eorum Cristina uxor predicti Kunzelmann vitus et Hainricus pueri predictorum Magistri iohannis diem et vxoris eius dederunt nobis et capitulo nostro pro remedio ac salute anime predicti iohannis diem magistri ac suorum LXXI. libras X. denariorum augustensium.

239. Ordinacio Leonhardi Langenmantel.

Anno domini MCCCCLXXII. Feria sexta post Martini que fuit festum sancti briccii. Discretus vir leonhardus langenmantel dictus Radaer et Sibilla goesenprötin vxor eius legitima dederunt nobis et capitulo nostro pro remedio et salute animarum suarum LXXV libras XVI sol. VIII. den.

240. Ordinacio Cunradi Rappolt socii chori.

Anno domini MCCCCLXXIII. In die sancti Sebastiani martyris Discretus vir dominus Cunradus Rappolt. Capellanus altaris scte Anne et canonicus collegii scte Gertrudis in ecclesia august. dedit nobis et capitulo nostro LXIX libr. III sol. IV den. august. Qui denarii tunc fecerunt in auro LXXVIII florenos Ryn. VII sol. V. den. pro salute animarum sui ipsius parentum suorum et benefactorum suorum.

241. Secunda ordinacio Cunradi Rappolt.

Anno domini MCCCCLXXIII. In die scti Martini pape. *Hono*rabilis vir dominus Cunradus Rappolt socius chori ecclesie *Aug*. et canonicus scte Gertrudis dedit nobis et capitulo nostro Quinquaginta vnam libras XVII sol. et VI den. august. Vt festum presentacionis beate Marie virginis in templum quod celebrari institutum est XXI die mensis nouembris celebretur cum cantoribus et pulsacione de apostolis ac cum noua hystoria.

242. Ordinacio Johannis Smoeczel socii chori.

Anno domini CCCCLXXIII feria sexta post dominicam Reminiscere dominus Johannes schmöczel vicarius chori Ecclesie August. dedit nobis et capitulo nostro LXIX libras XI sol. VIII denar. pro salute animarum sui ipsius Johannis höflins laici auunculi sui parentum ac omnium progenitorum suorum Qui denarii tunc fecerunt in auro LXXIX florenos Ryn. XV sol. IX. den.

243. Ordinacio Diepoldi Dürnlin canonici August.

Anno domini MCCCCLXXII. In die sanctorum Tyburcii et valeriani obiit venerabilis vir dominus Diepoldus dürnlin Canonicus ecclesie august. Cuius executores dederunt nobis et capitulo nostro L libras XV sol. den. August. pro anniuersario.

244. Secunda ordinacio Diepoldi Dürnlin.

Anno domini MCCCCLXXIV. In die translacionis scti Nicolai Venerabiles viri dominus Ulricus de Rechberg de hochenrechenberg decanus ecclesie August. et dominus Franciscus Reutter canonicus eiusdem ecclesie executores venerabilis viri diepoldi Dürlin quondam canonici predicte Ecclesie vt festum scti Onofrii confessoris celebretur dederunt Capitulo predicte ecclesie LXXX florenos R. IX sol. et II den. Qui fecerunt pro tunc LXIX lib. XV sol. et X den.

245. Tercia ordinacio domini Dieboldi Dürnlin

Anno domini MCCCCLXXVII in die concepcionis scte Marie virginis Executores venerabilis viri domini dieboldi Türlin quondam canonici Ecclesie august. dederunt nobis et capitulo nostro. Centum libras denariorum august. que fecerunt pro tunc Centum quatuordecim florenos Ryn. et quinque solidos denariorum August. vt dentur sex presencie.

246. Ordinacio domini Johannis Widenman canonici August.

Anno domini MCCCCLXXIV. Dominica post Egidii que fuit quarta dies septembris. Obiit venerabilis vir Dominus Johannes Widenman Canonicus august. Cuius executores dederunt nobis et Capitulo nostro quinquaginta septem libras denariorum Augustens. pro anniuersario.

247. Ordinacio Egidii Schneider civis aug.

Anno domini MCCCCLXXIX. In die pro festo scti Viti martyris Discretus vir. Egidius schneider ciuis august. dedit

nobis et capitulo nostro Septuaginta duas libras quinque solidos et decem denar. Augustens. pro salute et remedio animarum ipsius Egidii ac Leonhardi fratris sui Anne filie leonhardi ac omnium progenitorum et successorum eorundem.

248. Ordinacio Hainrici Grozzs de Trochaw August. et Bamberg. ecclesiarum Canonici.

Nos Udalricus de Rechberg de hochenrechberg decretorum doctor decanus totumque Capitulum ecclesie August. Ad perpetuam rei memoriam notum facimus et recognoscimus cunctisque intuentibus per presentes innotescat. Quod anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto Quindecima mensis Julii. Venerabilis vir dominus Heinricus Grozzs de Trochaw Canonicus augustensis et Bamberg. ecclesiarum. Ob omnipotentis dei honorem diuini cultus augmentum et gloriosi confessoris sancti Heinrici Imperatoris exaltationem comparauit festum eiusdem confessoris scti Heinrici per chorum dicte ecclesie August. cum nouem leccionibus haberi et teneri in die scti alexii confessoris et soluit et realiter assignauit in prompta peccunia Centum sex libras denar. august. et quinque solidos. Que faciunt in auro centum viginti vnum florenos Ryn. septem cum dimidio solidos. Insuper idem dominus Heinricus Grozzs iam Episcopus Bamberg. Emit a nobis per Capellanum suum Georgium balthasar socium chori nostri vnum solidum denariorum pro vorauss Cantoribus in Cappis.

249. Ordinacio secunda Heinrici Grozzs.

Nos Vdalricus de Rechberg de hochenrechberg decretorum doctor decanus Totumque Capitulum ecclesie august. ad perpetuam rei memoriam notum facimus et recognoscimus Quod anno domini MCCCCLXXVI. In crastino scti Alexii confessoris que fuit decima septima mensis Julii venerabilis vir dominus Heinricus Grozzs de trochaw. August. et Bamberg. ecclesiarum Canonicus sanus corpore et compos racione nobis et capitulo

nostro ad bursam nostram ob sue ac parentum ac progenitorum suorum animarum remedium et salutem dedit et in prompta pecunia assignauit. Sexaginta quatuor cum dimidia libras august. facientes protunc in florenis Septuaginta quatuor florenos Renenses septem solidos August. et quatuor denar. Qua propter nos tunc capitulariter congregati ordinauimus Anniuersarium parentum et progenitorum prefati domini heinrici deinceps futuris perpetuis temporibus celebrandum.

250. Ordinacio domini Burkhardi de Freiberg canonici august.

Nos Vlricus de Rechberg de hochenrechberg decretorum doctor decanus Totumque Capitulum Ecclesie august. Ad perpetuam rei memoriam notum facimus et recognoscimus Quod Anno domini MCCCCLXXVI. in crastino sancti Cunradi confessoris qui fuit XXVII. dies mensis nouembris Venerabilis vir dominus Burkhardus de freiberg. August. et frising. ecclesiarum canonicus sanus corpore et compos racionis dedit nobis et Capitulo nostro ad bursam nostram ob sue ac parentum ac progenitorum suorum animarum remedium et salutem et in prompta peccunia assignauit sexaginta quatuor libras vndecim solidos et octo denarios den. aug. facientes tunc in auro Septuaginta quatuor flor. Ryn. et nouem solidos den. august. Qua propter nos decreuimus et ordinauimus Anniuersarium parentum et progenitorum ac fratrum et sororum prefati domini Burkhardi deinceps futuris perpetuis temporibus circa festum scti iohannis baptiste per chorum Augustensem fore peragendum ipso viuente. Post decessum vero prefacti domini burkhardi tam pro ipso domino burkhardo quam dictis suis parentibus fratribus et sororibus peragetur in die obitus sui.

251. Ordinacio Ludwici de Freiberg armigeri.

Anno domini MCCCCLXXXI. Feria quinta post Michahelis Nobilis vir Ludwicus de freiberg. Armiger et Anna vxor eius legittima dederunt nobis et Capitulo nostro. Molendinum eorum zu Raumekessel situm circa lantsperg annuatim soluens.

Sedecim florenos Reinenses. Pro salute animarum ipsorum amborum parentum ipsorum et pro salute prioris vxoris ipsius ludwici predicti ac ipsius.

252. Ordinacio Ludwici Gyrstenpril vicarii chori August.

Nos Vdalricus de Rechberg de hochenrechberg decretorum doctor. Decanus Totumque Capitulum ecclesie August. Ad perpetuam rei memoriam Notum facimus et recognoscimus Quod Anno a natiuitate domini MCCCCLXXVI. Feria secunda que fuit secunda dies mensis decembris Honorabilis vir dominus Ludwicus Girstenprii. Vicarius perpetuus chori dicte ecclesie August. compos racione licet corpore debilis. Nobis et Capitulo nostro ad bursam nostram ob sue ac parentum et progenitorum suorum animarum remedium et salutem dedit et in prompta pecunia assingnauit. Sedecim libras Tredecim solidos et quatuor denarios denariorum August. facientes pro tunc in auro decem et nouem florenos et decem denarios. Qua propter nos tunc Capitulariter congregati de beneficio accepto gratos reddentes decreuimus ac ordinauimus visitacionem parentum et progenitorum prefati domini Ludwici fore peragendam. Post decessum vero prefacti domini Ludwici. Visitacio huiusmodi tam pro ipso dicto Ludwico quam dictis parentibus et progenitoribus fiat et peragetur.

253. Ordinacio Johannis de Deyczessaw canonici ecclesie August.

Anno domini MCCCCLXXXII. Feria quarta post dominicam. Exaudi que fuit XXII. dies mensis Maii venerabilis vir dominus Johannes Burgermaister de dieczessau Canonicus ecclesie August. dedit nobis et Capitulo nostro pro remedio et salute animarum. Eberhardi de dieczessau. Elysabeth vxoris eius parentum suorum Johannis Eberhardi Wilhelmi. Bernhardi Renhardi et Caspari fratrum ipsius et Anne. Clare et Elisabeth sororum ipsius ac omnium progenitorum suorum Necnon et sui ipsius postquam decesserit Quinquaginta quinque libras tredecim solidos et quatuor denarios denariorum Aug. Obiit autem circa Bartholomei MCCCCLXXXXVI.

254. Ordinacio secunda domini Johannis de Dieczessaw.

Anno domini MCCCCLXXXXIII. Sexta feria post Martini confessoris que fuit decima quinta dies nouembris Venerabilis vir dominus Johannes de dieczessaw Canonicus ecclesie August. et plebanus in Strubingen dedit capitulo nostro prefate ecclesie XVI. libras XIII. sol. IIII. den Augustens. ut in die Scti Michahelis archangeli post secundas vesperas ob veneracionem sancti hieronimi confessoris vna processio de choro orientali ad chorum occidentalem pretacte ecclesie peragatur.

255. Ordinacio Andree In der Klingen.

Anno domini MCCCCLXXXII. in die scti Leodegarii martyris Andreas in der klingen Decretorum doctor et canonicus ecclesie August. dedit nobis et Capitulo nostro pro salute animarum sui ipsius ac parentum suorum LXI. libras XI. sol. et VIII. den. denariorum Augustens.

256. Ordinacio Johannis Gossolt.

Anno domini MCCCCLXXXIII. in die sancti Pantholeonis martyris Johannes Gossolt in decretis Licentiatus. Canonicus ecclesie August. et in spiritualibus vicarius domini episcopi August. Dedit nobis et Capitulo nostro LXIII. libr. XIII. sol. et VII. denar. August. Capitulum vero congregatum more solito et de beneficio gratum se reddens statuit ac ordinauit peragi anniuersarium parentum et amicorum suorum singulis Annis circa festum Scti Jacobi apostoli ipso viuente. Eo vero mortuo transferatur ad diem obitus sui.

257. Ordinacio petri Püchlers canonici ecclesie Augustens.

Anno domini MCCCCLXXXII. feria quarta post dominicam Exaudi que fuit XXII. dies mensis Maii dominus Johannes de deicessaw et dominus pangracius Meusel canonici ecclesie August. ac executores egregii viri domini petri püchlers de straubingen decretorum

doctoris canonici predicte ecclesie August. ac prepositi in habach dederunt nobis et capitulo nostro nonaginta libras denariorum August. pro anniuersario peragendo.

258. Ordinacio magistri Francisci Reütter.

Anno domini MCCCCLXXXIII. In die sancti Achacii obiit. Magister Franciscus Reütter in decretis licenciatus et canonicus ecclesie Aug. cuius soror Margaretha et procuratores curie canonicalis sue videlicet Dominus hainricus Gross Dominus Georius de schaumberg plebanus. Dominus Wilhelmus peuscher et Dominus Pangracius Meüsel cellerarius omnes canonici ecclesie August. Dederunt nobis et Capitulo nostro Quinquaginta nouem libras denar. August. pro remedio et salute animarum ipsius francisci progenitorum et omnium amicorum suorum. Capitulum vero ordinauit anniuersarium celebrandum francisco Reütter progenitoribus et amicis suis.

259. Ordinacio Berchtoldi Taurenfelder socii chori.

Anno domini MCCCCLXXXIIII. In die sancti Mathei apostoli et ewangeliste. Obiit Berchtoldus Taurenfelder de freyenstat socius chori et capellanus altaris sancti marie madalene ecclesie august. Cuius executores dederunt Capitulo predicte ecclesie August. die kathedre sancti Petri anno LXXXVI. XX. libras VIII. den. August. Vt post primas vesperas in conuersione sancte Marie magdalene habeatur vna processio per chorum huius ecclesie.

260. Ordinacio Ulrici Arsinger canonici ecclesiae August.

Anno domini MCCCCLXXXV. In die Mathei apostoli obiit Vlricus Arsinger legum doctor et canonicus Ecclesie August. Cuius executores Johannes de dieczessau Canonicus Ecclesie August. et nobilis vir Vitus de Eglofstain armiger dederunt Capitulo nostro Centum et vnam libras VIII. sol den. August. pro anniuersario suo peragendo.

261. Ordinacio Johannis comitis de Werdemberg episcopi Augustens.

Anno domini MCCCCLXXXVI. In vigilia sancti Mathie apostoli obiit reuerendus pater et dominus dominus Johannes Comes de Werdemberg Episcopus August. Qui dedit nobis et capitulo nostro per executores suos LXXXVI. libras XIII. sol. et IIII. den. denariorum August. Capitulum vero dono gratum exstens Statuit et decreuit ut in Anniuersario suo celebrando per chorum Ecclesie August. circa festum sancti Mathie apostoli distribuantur quatuor presencie.

262. Ordinacio Wilhelmi Peuscher canonici August.

Anno domini MCCCCLXXXXI. octaua kalendas Julii Wilhelmus peuscher August. et Ratisponensis ecclesiarum Canonicus dedit Capitulo Augustensi XXXIII. libras VI. sol. VIII. den. August. Capitulum vero statuit et decreuit duas presencias perpetuas dandas de omnibus bonis ad bursam pertinentibus.

263. Secunda ordinacio Wilhelmi Peuscher canonici ecclesiae August.

Anno domini MCCCCLXXXXIII. sexta feria ante Vrbani papae que fuit vicesima quarta dies mensis Maii. Wilhelmus Peuscher August. et Ratisponensis ecclesiarum Canonicus. Dedit nobis et capitulo nostro pro remedio et salute anime eius et parentum suorum ac omnium progenitorum suorum necnon et sui ipsius postquam decesserit Quinquaginta septem libras tredecim solidos et quatuor denarios denariorum August. Capitulum vero ordinauit Anniuersarium predictorum in perpetuum celebrandum. Obiit autem M. D. primo, 21. die Januarii.

264. Tercia ordinacio Wilhelmi Peuscher.

Anno domini MCCCCLXXXXIIII. tercia feria ante Lucie nona die mensis Decembris Wilhelmus Peuscher August. et Ratispon. ecclesiarum Canonicus dedit et soluit Capitulo predicte ecclesie August. XVI. libras XIII. sol. IIII. den Aug. Capitulum vero statuit et decreuit ut vna presencia videlicet

In primis vesperis Natiuitatis beate marie virginis de omnibus bonis nostris ad bursam nostram pertinentibus distribuetur.

265. Ordinacio dom. Johannis Staudenmair can. Aug.

Anno domini MCCCCLXXXVI. secunda feria ante festum sancti Egidii confessoris Johannes Staudenmair canonicus ecclesie August. dedit nobis et capitulo nostro pro remedio ac salute animarum sui ipsius et parentum ac progenitorum suorum centum et viginti florenos renenses boni auri et iusti ponderis pro quatuor scaffis tritici simplicis mensure ut bursarius noster qui pro tempore fuerit presentare debet pistori nostro vel vni alteri et deinde dare largam pauperibus.

266. Secunda ordinacio Johannis Staudenmair.

Anno domini MCCCCLXXXXI. In die sancti Egidii confessoris que fuit prima dies septembris Johannes Staudenmair canonicus ecclesie August. dedit nobis et Capitulo nostro pro remedio ac salute animarum sui ipsius et patris et matris ac progenitorum suorum LVII. libras denariorum Augusten. Nos vero ordinauimus Anniuersarium illis imperpetuum per chorum nostrum augustens. celebrandum.

267. Ordinacio Johannis Sibold canonici ecclesie Aug.

Anno domini MCCCCLXXXXI. quarto nonas octobris Honorabilis vir Dominus Johannes Sibold canonicus ecclesie Aug. vocē capituli carens dedit capitulo ecclesie prefate XVI. libras XIII. sol. IIII. den. Augustens. Capitulum vero statuit et decreuit vnam presenciam perpetue dandam videlicet in die apostolorum Simonis et Jude.

268. Ordinacio Vdalrici de Rechberg de Hochenrechberg decani August. ecclesiae.

Anno domini MCCCCLXXXXI. In die sancti Clementis pape que fuit vicesima tercia mensis Octobris. Venerabilis et

egregius dominus Vdalricus de Rechberg de hochenrechberg decretorum doctor. Decanus ecclesie August. dedit nobis et capitulo nostro In remedium anime sue Wolfgangi fratris sui canonici parentum et progenitorum suorum LXVI. libras August. pro vno Anniuersario perpetuo per chorum nostrum peragendo.

269. Secunda ordinacio Vdalrici de Rechberg de Hochenrechberg.

Anno domini MCCCCLXXXXV. Sexta feria ante vrbani pape venerabilis pater et dominus dominus Vdalricus de Rechberg de hochenrechberg Decretorum doctor Decanus ecclesie maioris August. dedit nobis et Capitulo nostro ecclesie predicte Aug. Ducentos et Octuaginta florenos Renenses boni auri et iusti ponderis et VII. sol. et I. den. pro quatuordecim presenciis et aliquibus vorauss.

270. Ordinacio Pangracii Meuslin cannnici et cellerarii ecclesiae Aug.

Anno domini MCCCCLXXXXIIII. quarta feria post iacob apostoli que fuit vltima dies Julii vdalricus de Rechberg de hochenrechberg decretorum doctor ecclesie Aug. Decanus et dominus Johannes Fischer Canonicus sancti Mauricii. Dominus iohannes Graber socius chori ecclesie maioris August. Dominus iohannes schweygger plebanus In Westerringen et Bertholdus schwein pro tempore Sindicus Capituli ecclesie Aug. testamentarii ac executores domini Pangracii Meuslin canonici et cellerarii ecclesie Aug. dederunt nobis et Capitulo nostro Nonaginta libras denariorum August. pro remedio anime prescripti domini Pangracii meislin et omnium progenitorum suorum. Capitulum vero ordinauit Anniuersarium predicti scilicet Pangracii meislin (Qui obiit die dominica post Margrete que fuit dominica quarta dies mensis Julii anno vt supra) celebrandum.

271. Ordinacio Gottfridi Harscher ecclesiae August. decani.

Anno domini MCCCCLXXXXIIII. Johannes de deyczessaw Bartholomeus de Welden. Dominus Heinricus de Liechtnaw ecclesie Aug. Canonici et Domini. Johannes pellificis pro tempore eiusdem ecclesie lector Conradi Harscher canonici et summi scolastici executores Dederunt nobis et Capitulo nostro ex ordinacione dicti domini Conradi Harscher ob remedium anime Gotfridi Harscher eiusdem ecclesie supradicte decani qui obiit Anno domini MCCCCLVIIII. Vicesima octaua die mensis septembris LXVIIII. libras monet. et XVI. sol. VIII. den. August. pro vno Anniuersario paragendo.

272. Ordinacio Conradi Harscher.

Anno domini MCCCCLXXXXIII. secunda die mensis decembris Dominus Conradus harscher Ecclesie Aug. Canonicus et summus Scolasticus cuius executores videlicet dominus Johannes de deyczeaw Dominus bartholomeus de Welden. Dominus heinricus de liechtnau ecclesie aug. canonici et dominus Johannes pellificis supradicte ecclesie pro tempore lector dederunt nobis et Capitulo nostro ob remedium anime supradicti domini Conradi Harscher etc. LXVIII. libras monetae et XVI. sol. den. August. pro vno Anniuersario. Preterea dederunt et soluerunt supra dicti executores. Capitulo nostro centum et viginti florenos. Ryn. boni auri et Iusti ponderis pro quatuor scaffis tritici Simplicis mensure ut bursarius noster qui pro tempore fuerit presentare debet pistori nostro vel vni alteri et deinde dare largam pauperibus in anniuersario supradicti domini Conradi harscher.

273 Ordinacio Bartholomei de Welden Canonici August.

Anno domini MCCCCLXXXXV. vicesima octaua die mensis Maii obiit dominus Bartholomeus de Welden ecclesie August. Canonicus cuius executores videlicet Dominus sigmundus et dominus Ernestus de welden milites executores et fratres

dederunt nobis et capitulo nostro ob remedium anime supradicti domini Bartholomei de Welden CLXVII. lib. et XVI. sol. den. Augusten. pro vno Anniuersario.

274. Ordinacio secunda domini Burckhardi de Freiberg canonici Augustensis.

Anno domini MCCCCLXXXXVI. die vero vicesima octaua mensis marcii Dominus Burckhardus de freiberg sanus corpore et mente ecclesie August. canonicus dedit nobis et capitulo nostro ecclesie Augustens. pro salute et remedio perpetuo anime eius et omnium fidelium defunctorum decem aureos census boni auri et iusti ponderis qui emti fuerunt a nobili et streuuo milite Johanne de Benczau in certis bonis prout in literis desuper datis clare patet.

275. Ordinacio Viti Fackler prepositi monasterii sancti Crucis.

Nos vdalricus de Rechberg de hochen Rechberg decretorum doctor Totumque capitulum ecclesie Aug. Ad perpetuam rei memoriam recognoscimus et notum facimus vniuersis Quod de anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto prima die mensis Augusti venerabilis pater dominus vitus fackler prepositus totusque conuentus monasterii sancte Crucis Aug. ordinis sancti Augustini canonicorum regularium exposuerunt et de infra scriptis plenariam fidem literis autenticis fecerunt quod longissimis transactis annis. Anno domini M. nonagesimo nono Indictione II. vero ydus maii die feria tercia presidente innocencio papa III. Regnante domino hainrico Invictissimo romanorum imperatore IIII. tempore eciam olim felicis memorie reuerendi in Christo patris et domini domini vlscalci episcopi August. diuina faciente et operante potencia caro et sanguis Christi in memorato monasterio sancte Crucis visibiliter et miraculose in sua forma super celesti ac sanctissima reuelacione apparuerit ac in presenciarum nostris temporibus appareat. Cui memorabili facto idem presul

viscalcus vna cum capitulo feruentissimam deuocionem ac summam exhibuere reuerenciam et honorem quod in hoc relucet. Nam quarta die inmediate post huiuscemodi diuinum factum partem plebis sue secundum terminos et limites constitutos dicto monasterio sancte Crucis iure parochiali assignauit in memoriam et reuerenciam sepedicti insignis facti. Vnde predicti prepositus et conuentus deuocionis zelo inflamati dignum fore attendentes ac deuocioni debitum ut in huius signi et memorabilis facti memoriam reuerenciam ac laudem futuris perpetuis temporibus hore canonice cum historia et officio misse iuxta rubricam ab ipsis ab antiquissimo obseruatam eciam in ecclesia maiori seu kathedrali Aug. solemniter decantarentur. Nobis deuote et humiliter supplicarunt ut futuris perpetuis diebus dignaremur in ecclesia nostra Aug. singulis annis certa die scilicet vndecima die mensis maii aut alio die competenti horas canonicas et officium misse de miraculose eukaristie sacramento cum historia sua facere decantari ea principali et speciali sollempnitate et ceremoniis atque pulsu prout tali singularissimo miraculo congruit. In quo altissimus dominus nos atque totam ciuitatem paterne ad corroboracionem fidei singularissime visitauit non solum adinstar sollemnitatis alicuius eciam sancti precipui sed tamen vltra posse humano quantum ille cuius negocium agitur et sua sola laus queritur excellit sanctos a quo eciam omnium sanctitas originem habet excellenciori ac priuilegiata sollempnitate peragi Et si constitutiones aut consuetudo repugnare vellent compesci ac moderari possint ex auctoritate et causa tam grandi nam considerando quod altissimus dominus in hoc mirabili facto ordinem atque communem cursum ad nos misericordissime immutauit Ne itaque facti huius memoria dignissimi ac originis veritas ex temporis longinquitate pereat, et utrumque Christi fidelium hominum deuocio crescat ac diuinus cultus augeatur et salus animarum suarum hinc inde ac omnium Christi fidelium consequatur sperantes eciam et confidentes de omnipotentis dei gracia et de nostrorum meritorum participacione ecclesiam suam cum credito sibi grege salubrius conseruari. Nos itaque capitulariter more

solito congregati huiusmodi tam sancte tamque salubri peticioni morem gerere capientes onus huiusmodi in nos et ecclesiam nostram in perpetuum sponte suscipientes ordinauimus et disposuimus ut inantea futuris perpetuis diebus per chorum nostrum festum videlicet miraculosi sacramenti solemniter cum pulsatione sicut in festis apostolorum cum ea tamen addicione quod in summo officio conpulsacio cum magna campana fiat. Et cum candelis accensis in cancellis ac circa reliquias S. Hylarie ac aliis locis solitis etc. Cum campanis et cantoribus singulis annis. In festo supradicti miraculosi sacramenti vndecima die Maii aut alio die competenti celebrari debet. Et ut in huiusmodi officii laboribus aliquibus senciatur revocillacio ac recompensa prefati prepositus et conuentus non ut proprietarii sed rerum monasterii dispensatores vnanimi consensu sponte et libere nobis et capitulo nostre ecclesie Aug. contribuerunt in parata pecunia octuaginta duas libras monacensium quatordecim solidos computando XII. denarios pro vno solido.

276. Ordinacio udalrici de Fröntsperg episcopi Tridentini.

Anno domini MCCCCLXXXXIII. In die sancti Laurencii martyris obiit dominus Vlricus de freuntsperg episcopus Tridentinus Qui dedit nobis et capitulo nostro per executores suos LXXXVI. libras XIII. sol. et IIII. denar. August. Capitulum vero decreuit ut anniuersarius suus celebrandus.

277. Ordinacio septem sermonum per dominum plebanum pro leprosis ad sanctum Sebastianum annuatim fiendorum.

Nos vdalricus de Rechberg de hochen rechberg decanus. Totumque Capitulum ecclesie August. recognoscimus notumque facimus vniuersis presencia inspecturis Quod quedam persona deuota spiritu domini instigante considerans atque instructa. Cum persone leprose domus hospitalis apud sanctum Sebastianum sacratissimo Sacramento Eukaristie communicantur eas esse inabiles et quandoque modice deuocionis ex eo forte. Quia

ex rure interdum recepte et a communione hominum segregate non audiuerunt nec audiunt verbum dei nobis fecit humiliter supplicari ut pro dei laude honore venerabilissimi sacramenti et augmentacione deuocionis dictarum personarum leprosarum septem sermones per circulum anni per coadiutores plebani nostri fiendos in ecclesia Sancti Sebastiani dictis personis ordinare et ex bursa nostra duos florenos renenses annuos emere posset de bonis sibi adeo collatis pro dictorum sermonum perpetua sustentacione admittere dignaremur et consentire. Nos igitur dicte persone pium considerantes effectum ad huiusmodi sermonum ordinacionem ac censuum ex bursa nostra empcionem nostrum concessimus fauorem et consensum.

278. Ordinacio domine Anne natae de yffan.

Anno domini MCCCCLXXXXV. octaua die mensis octobris nobilis et generosa Anna nata de yffan dedit nobis et capitulo nostro pro remedio viri sui necnon et ipsiusmet salute animarum LXXIIII. lib. XI. sol. VIIII. den. aug. que obiit Postea Anno domini MCCCCLXXXXVIII. In vigilia sancti Othmari abbatis. Nos vero ordinauimus anniuersarium illis Imperpetuum per chorum nostrum August. celebrandum.

279. Ordinacio domini Hainrici de Lichtnau.

Anno domini M. D. Tricesima die mensis Marcii dominus Hainricus de liechtnau decretorum doctor ecclesie Augustens. Canonicus et in spiritualibus vicarius dedit et soluit venerabili Capitulo predicte ecclesie August. XVI. libras XIII. sol. IIII. den. Augustens. Capitulum vero statuit et decreuit ut vna presencia videlicet in secundis vesperis annunciacionis beate marie virginis omnibus bonis nostris ad bursam nostram pertinentibus.

280. Secunda ordinacio domini Hainrici de Liechtnau.

Anno domini MCCCCC. primo decima septima die mensis februarii Dominus Hainricus de liechtnau utriusque iuris doctor

ecclesie Aug. Canonicus Necnon et Reuerendi patris et Domini friderici eiusdem ecclesie episcopus in spiritualibus vicarius Generalis dedit nobis et Capitulo nostro In remedium animarum quondam parentum suorum Viti Georgii de liechtnaw armigeri et Elizabeth Burggrauii de burtenbach uxoris sue LXXII. libr. III. sol. IIII. den. aug. pro vno anniuersario perpetuo per chorum nostrum.

281. Tercia ordinacio Hainrici de Liechtnau.

Insuper Anno domini MCCCCC. primo decima septima vero die mensis februarii Dominus Hainricus de liechtnau. Dedit nobis et Capitulo nostro pro remedio et salute anime sue Centum et septuaginta florenos Renenses boni auri et iusti ponderis pro septem libris August. pro vna larga pauperibus In anniuersario suo distribuenda Computando scilicet libram pro duodecim denariis eiusdem monete.

282. Ordinacio Cristoferi de Kneringen Canonici et summi Scolastici.

Anno domini MCCCCC. primo decima septima die mensis Januarii obiit Dominus Cristoferus de kneringen ecclesie august. Canonicus et summus scolasticus Cuius executores videlicet Dominus Gregorius Nithart eiusdem ecclesie Canonicus et plebanus. Dominus Leonhardus Sayler perpetuus vicarius supradicte ecclesie Et nobilis vir vdalricus de Kneringeu armiger supradicti domini Cristoferi defuncti frater. Et berchtoldus schwein venerabilis Capituli August. sindicus dederunt nobis et capitulo nostro ob remedium anime supra dicti Cristoferi de Kneringeu LVIIII. libr. den. Aug. pro vno anniuersario perpetuo per chorum nostrum peragendo.

INDEX.

I.

INDEX GEOGRAPHICUS.

A.

Abtsgemünd. VI, 516.*)
Abzan. VI, 10. VII, 358. 456.
Adelburgriet. VII, 388.
Adelhareshusir. VI, 1.
Adelhartsriet. VI b. 116.
Adeloisriet. VI, 208.
Aechirchen eccl. paroch. VI b. 45. VIII, 141.
Aehingen. VI b. 154. 448.
Aendrechingen eccl. VII, 74.
Aeuzenhoven. VIII, 37.
Aevkirch. VI, 162.
Afanz. VII, 356.
Affaltrach villa. VI, 300. 329. 531. VI b. 477. VIII, 145. 150. 241.
„ eccl. paroch. VI, 426. VIb. 530.
